

ITT.

#7
-16-

D E
CITATIONE EDICTALI
IN HEREDITATIS ABSENTIVM
OB MORTEM PRAESVMTAM
PETITIONE
IVRE SAXONICO ELECTORALI
PRAESCRIPTA

DISSERTATIO
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE
D. AVGVSTO FRIDERICO SCHOTT
SVPREMAE CVRIAE PROVINCIALIS ET ORDINIS ICTORVM
ASSESSORE, PANDECTARVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, ECCLESIAE
CATHEDRALIS NVMBVRGBENSIS CANONICO, NATIONIS BAVARICAE
SENIORE, ET COLLEGII MAIORIS PRINCIPVM SODALI

PRO SVMMIS
IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
CONSEQVENDIS

DIE XXVII. SEPTEBRIS A. MDCCCXCI.

PVBLICE DEFENDET

FRIDERICVS AVGVSTVS PRENTZEL

BVDISSA - LV SATVS

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREVS.

LIPSI AE
EX OFFICINA KLAUBARTHIA.

CITATIONE EDICTALI

IN TERRITIS AUSTRIACIS

OB MORTUUM PASTORALEM

RETICTIONE

IVRE SAXONICO ALLEGORALI

FRAGMENTA

DISSECTATIO

QUAM

MASTRI IONANI GRUBINI AUCTORITATE

P. R. F. S. I. D. F.

FRIDERICO SEBASTIANO

SECRETARIO CAESARIS AUSTRIACAE

MAJESTATIS IMPERATORIS ROMANI

CAESARIS ELECTORIS SACRAE ROMANAE

ARMIAE PRAESIDENTIS

FRIDERICI SEBASTIANI

IN VITROQUE IVRE HONORIBUS

CONSEQUENDIS

DIE XXIII. SEPTEBRIS 1771.

FRIDERICO SEBASTIANO

FRIDERICO AVGVSTO PRINCEPS

SECRETARIO CAESARIS AUSTRIACAE

MAJESTATIS IMPERATORIS ROMANI

FRIDERICO SEBASTIANO
SECRETARIO CAESARIS AUSTRIACAE

PERILLVSTRI
ATQVE
GENEROSISSIMO
DOMINO
FRIDERICO GVILIELMO

S. R. IMP. LIBERO BARONI

A FERBER

SERENISSIMO ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS
INTIMIS, DEPUTATIONIS AD PUBLICAM OECONOMIAE ATQVE
COMMERCIORVM CVRAM HIS IN TERRIS CONSTITVTAE
DIRECTORI VICARIO, NEC NON COLLEGII RERVM
FISCALIVM SECRETIORIS CONSILIARIO,

AVVNCVLO ET PATRONO

PIE VENERANDO

D. D. D.

FRIDERICVS AVGVSTVS PRENTZEL.

1771

GEORGE WASHINGTON

1771

FRANCIS GALLIUM

1771

FRANCIS GALLIUM

FRANCIS GALLIUM

1771

V I R O
A M P L I S S I M O
IOANNI CHRISTOPHORO
PRENTZEL

DOMINO HEREDITARIO IN OEHNE, LEHNE
ET IAVERNICK,
CIVITATIS BVDISSAE PROTOCAMERARIO, ET MERCATORI
PRIMARIO,

P A T R I O P T I M O

D. D. D.

FRIDERICVS AVGVSTVS PRENTZEL.

V I E O

A M P L I S I M O

IGALINI CHRISTOPHORO

P R E N T I A L I

DOMINO P R E S B I T E R O I N O R D I N E L I T E R A E


A T L I T E R A R I A

C I T A T I S S A L T I N G E N S I S

P A T R I O T I M O

E A D

L I T E R A R I A P R E S S A



Instituti ratio.

Quo magis crescere coepit eorum multitudo, qui siue mercaturae studio, siue artis opificariae, quam profitentur, perficiendae gratia, siue militiae vel sequendae vel fugiendae causa, siue infortunio, quod haud raro sua ipsi culpa sentiunt, impulsi, siue sola cupidine novas res visendi allecti, siue malo genio indulgentes, patriis laribus relictis in remotissimas terras secedere solent, numquam, ubi aut aliqua ipsis in oris peregrinis fortuna affulserit, aut praemature fato perierint, ad pristinum domicilium reuersuri, et, omni rerum suarum in patria forte quaesitarum cura abiecta, vel ipsam adeo famam suam apud populares exire passuri: eo crebrius fit, ut cognati bona diu absentium, de quorum vita morteue ac commoratione nihil constat, instar hereditatis praesumpta domini morte delatae sibi vindicent. Quae quidem hereditatis petitio cum multis atque grauissimis plerumque implicita sit difficultatibus, ope regularum iuris communis haud omnino tollendis, et opinionum varietate mirifice auctis, quae partim in definitione temporis aliarumque causarum, vnde mortis praesumptio ducenda, partim in ratione explorandi et conuocandi absentes eorumque heredes, partim in effectu publicae

A 2 citatio-



citationis eorum, quorum interest, rite faciendae, partim in diuersa heredum petentium conditione et termino, ex quo cuiusuis ius aestimari oportet, potissimum obuenire solent: salus reipublicae, quae bona priuatorum perdi aut litium sumptibus frustra consumi, rerumque dominia diu incerta manere non patitur, maxime poscere videtur, vt certis, claris, ac aequis legibus non solum bonis ciuium absentium, qui nullos sibi procuratores constituerunt, prospiciatur, sed etiam, quando et ex quibus causis mors eorum, qui disparuere, praesumi debeat? quis modus in horum inuestigatione sequendus? quae ratio in perscrutatione eorum tenenda, quibus siue hereditatis titulo, siue ex crediti aut alia quacunque causa iura in illorum quasi mortuorum bonis competunt? quid ab his iuris sui persequendi gratia obseruandum? quomodo successio absentis, qui mortuus esse fingitur, inter plures, qui eius heredes esse volunt, ordinanda? quis effectus contumaciae eorum tribuendus, qui publica auctoritate rite conuocati in termino praefixo vel plane non comparuerunt, vel causam suam neglexerunt? paullo accuratius definiatur. Neque haec necessitas latere potuit viros sapientissimos, quibus cura legum ferendarum a Principibus suis concredita fuit¹⁾. Itaque hoc seculo, nouis legibus foecundissimo, sicut aliis Germaniae terris, ita iis inprimis Saxoniae partibus, quae felicissimo Serenissimi Principis Electoris nostri, FRIDERICI AVGVSTI, imperio parent, peculiare cum circa bona et iura absentium, tum circa mortem eorum praesumptam et inde pendentem quaestionem de eorundem hereditate proximis cognatis rite deferenda et

1) Monita quaedam huc spectantia, quae nouae legislationi, vt viderur, Borussiae inferuient, nuper protulit *Car. Lud. Chpb. ROESLIN* in disser-

tatione *von Verschollenen*, quae in *EIVS kritisch. Versuch. üb. Recht und Unrecht* Vol. 1. (Tubing. 1791. 8.) pag. 39 sqq. prostat.



et acquirenda sanctiones, quibus dubia ex diuerso fori vsu atque interpretum arbitrio nata tollerentur, et tota haec doctrina certis regulis includeretur, propositae sunt. Scilicet in Saxonia nostra (nam in hac nunc subsistere lubet) anno *MDCCCLXXIX.* duo edicta saluberrima, vtrumque eodem die XIII. mensis Nouembris subscriptum, hanc in rem prodire, quorum alterum ²⁾ *de cura bonorum absentium* eademque ob iustam mortis praesumptionem finienda praecipit, alterum ³⁾ vero formam et effectum *edictalis citationis*, ad sopiendas lites et extinguendas actiones in nonnullis caussarum ciuiliam praeter creditorum concursum generibus, inque his etiam in mortis absentis praesumptae declaratione et successione in eiusdem bona adhibendae praescribit. Vtriusque autem legis patriae sententia de absentium hereditate rite acquirenda ad haec fere capita primaria redit, vt:

a) Ciuis Saxoniae, qui relicta patria peregre abiit, et α) vel per integros XX. annos ita abfuit, vt intra hoc spatium temporis nulla vitae eius ac loci commorationis notitia ad proximos eiusdem cognatos aut magistratum pristini domicilii deferti peruenerit, vel β) absens annum aetatis LXX. transegit, mortuus iure praesumatur; ac

b) praeuia citatione edictali, cuius peculiarem formam variis sollempnitatibus sub nullitatis poena circumscriptam lex definiuit;

c) in certo termino praefixo;

d) facta sollempni absentis omniumque, quorum interest, prouocatione, et contumacia non comparentium rite accusata;

A 3

e) bona

2) *Mandat, die Verkürzung der Curae Absentium und deren Vermögens-Administration betr. Dresden, d. 13. Nov. 1779. 2 plag. fol.*

3) *Mandat die Edictal-Citation in Civil-Sachen außerhalb des Concursus Creditorum betr. Dresden, d. 13. Nov. 1779. 3 plag. fol.*




e) bonā absentis ceu mortui hominis proximis eius cognatis, qui in hoc termino heredes se professi sunt, si ius suum demonstrauerint, secundum legitimum successionis ab intestato ordinem, lata sententia, qua ille mortuus declaratur, adiudicentur;

f) praeclusis omnibus, qui hunc terminum neglexerunt, nisi intra annum post sententiam publicatam et vires rei iudicatae nactam vel contumaciam excusare, vel restitutionis in integrum beneficio, etiam hoc annali spatio perituro, se tueri possint ⁴⁾.

Quae quidem omnia adeo plana atque expedita forte alicui videantur, ut vix vlla egeant interpretatione aut illustratione. At eorum tamen, qui in fori nostri tritura siue iudicando, siue postulando diligenter versantur, neminem futurum esse arbitror, quin multas cum circa ipsum harum legum sensum, tum circa rectam earundem ad species obuientes accommodationem difficultates et dubitationes quotidie in rerum usu occurrere intellexerit, saepiusque a iudicibus circa formam edictalis citationis peccari animaduernerit. Hinc non solum ut eiusmodi dubia et passim inde natae dicasteriorum in pronuntiando varietates tollerentur, varia rescripta Serenissimi Principis nomine ad collegia, quae in patria nostra de iure publice respondent, missa esse (etsi nondum palam promulgata) nouimus, sed haec ipsa etiam collegia, dum de causis sibi oblatis, quas ex harum legum mente iudicari oportet, cognoscunt, hoc imprimis data opera agere solent, ut negligentiae et incuriae iudicum, si qua forte (quod quidem haud raro contingere, ingenue, si verum dicere fas est, fateor) irrepsit, succurrant, errores corrigant, incertas atque ambiguas causidicorum

⁴⁾ Breuem vtriusque legis epitomen dedit *Cbph. Frider. WOLLIVS*, vir consultissimus, in *Quaestion. ex var. iure* (Lips. 1780.) qu. IV.



corum de his rebus opiniones ad certas regulas reducant, rectamque viam, qua et illis, et his imposterum incedendum sit, monstrent. Itaque nos operae pretium omnino facturos esse putamus, si, quamquam totus ambitus doctrinae de hereditate absentium secundum iuris patrii mentem rite acquirenda hoc libello, ne is nimis crescat, pertractari nequeat, tamen ipsam indolem et formam edictalis citationis, nata prius de absentis morte praesumptione legitima, ad huius hereditatem cum efficacia petendam apud nos necessariae, paullo accuratius inuestigaturi, has ipsas leges terris Saxonis electoralibus praescriptas ita nunc explicare ac illustrare studeamus, ut, iisdem partim cum iuris communis praeceptis, partim cum aliarum terrarum moribus ac institutis collatis, in genuinum earum sensum verasque causas sedulo inquiramus, dubia, quae occurrunt, sanae interpretationis regulis et rescriptis a Principe recens datis (haec enim suo quoduis loco adnotabimus, eorum simul copiam lectoribus nostris in appendice facturi) tollamus, singulares quaestiones, quae circa hoc argumentum in ipso rerum usu moueri solent, neque expressis harum legum verbis decisas excutiamus, hoc denique potissimum agamus, ut officium iudicis hac in re seruandum diligenter describamus. Quo quidem munere suscepto ut recte defungamur, *primum* de mortis absentis praesumptione, quae edictalem citationem praecedere debet: *deinde* de ipsa edictali citatione, sine qua hereditas absentis, cuius mors praesumitur, acquiri nequit, deque eius forma ac sollemnitatibus differamus. His igitur duobus capitibus nostra disputatio constabit.

CAP. I.

CAP. I.

DE MORTIS ABSENTIS PRAESUMPTIONE CITATIONEM
EDICTALEM PRAECEDENTE,

§. I.

Absens quis in hac causa censeatur?

Absentiae notiones et significationes in iure civile variae occurrunt, quas praeter alios BRISSONIVS¹⁾, VICATIVS²⁾, et Ill. KINDIVS³⁾ diligenter indicarunt. Nobis quidem in hoc de hereditate absentium argumento tractando non de absentia quacunque sermo est, sed eum tantum absentem intelligimus, de cuius vita et praesenti commoratione, postquam sede sua relicta in exteris terras abiit, in pristino domicilio nihil amplius constat, sed vtrum adhuc viuat, an mortuus sit? dubitatur. Hoc igitur sensu incolam non ab eo statius momento, quo peregre profectus est, sed ab eo demum tempore, quo omnis de eius vita, fortuna, locoue, vbi degit, notitia inter ciues suos cognatosue desit, vere absentem censeari oportet, qualem maiores nostri *einen Verschollenen*⁴⁾, (nomine, ni fallor, satis accommodato, e particula *Ver*, diminutionem

1) In opere *de Verbor. in Iure significat.* s. *Lexico Iur.* s. v. *Abesse.*

2) In *Vocabulario Iur.* vtr. s. v. *Abesse.*

3) Io. Adam. Theoph. KINDIVS, iam in supremo prouocationum tribunali Dresdensi Consiliarius doctrina et meritis excellens, in *Diss. de success. in bona absent.* Lips. 1776. §. 1.

4) Varias vocum *verschallen* et *verschollen* significationes vide apud Io. Ge. SCHERZIVM in *Glossar. Germ.* (cura Ierem. Iac. OBERLINI, Argent. 1781—84. f.) T. II. pag. 1767. et Ill. ADELVNGIVM in *Versuch ein Wörterbuchs d. Hochdeutsch. Mundart*, T. IV. pag. 1502. Adde Ebreufr. GEIERI *Observat. ad ius et antiquit. German.* (Ien. 1710. 4.) pag. 128.



tionem aut extinctionem siue priuationem aliquam exprimente, et voce *Schollen*, quae tempus praeteritum verbi *Schallen*, in fama, rumore, ore hominum esse, designat, composito) quasi eum, cuius fama ac memoria in patria sua vel priori domicilio, quod olim deseruerat, prorsus exiit, nuncuparunt: quae quidem appellatio cum in legibus Germaniae provincialibus et municipalibus⁵⁾, tum in recenti adhuc vsu loquendi forensi frequenter occurrit.

Hanc absentiae notionem in quaestione de morte ciuis in exteras terras translati praesumenda etiam lex nostra patria de cura absentium⁶⁾ sequitur, dum ita sancit: „*Dass in Zukunft ein Jeder Unserer Vnterthanen, der sich von hier in die Fremde gewendet, oder noch wenden würde, und binnen denen letztern 20 Jahren keine Nachricht von seinem Leben und Aufenthalt an seine naechsten Anverwandten oder die Obrigkeit des Orts, an welchem er sich zuletzt aufgehalten, oder wo sein Vermögen befindlich, gegeben, nach Abiauf dieser 20 Jahre (welche von dem Tage an, da*

5) Exempla praebent: *Landrecht d. Graffsch. HOHENLOHE* (Oehring. 1738. f.) P. V. Tit. I. §. 24 seq. *K. PREVSS. Verordn wie es weg. d. Abwesend. mit d. Güter-Verwalt. z. balzen*, d. 27. Oct. 1763. in *Nouo Corp. Constiz Boruss. Brand. Mareb. T. III. p. 315 sqq. et allg. Gesetzbuch für d. PREVSS. Staat* (Berol. 1791. 8.) Vol. IV. pag. 1139. *Constitutio provinc. SALISBURGENSIS de absentium bonis* d. 21. Febr. 1777. lata, cuius epitomen *Iud. Thadd. ZÄVNERVS* in *Auszug d. Salzburg. Landesges. (Salisburgi, 1785. 8.)* p. 57 sqq. dedit. *Der R. Stadt MEMMINGEN Tag-u.*

Vormundschafts-Ordnung (1756. 4.) Tit. VI. §. 3. *Constitutio BRANDENBURGO-ONOLDINA* d. 1. Mart. 1773. cuius mentionem *Io. Phil. HEUBERVS* in *Real-Ind. d. Brand. Onolzhaab. Landes-Constiz.* (Suabaci, 1784. 4.) pag. 581. fecit. *Edictum SAXO-VINARIENSE*, d. 20. Aug. 1777. §. 5. ap. *LOEBERVM* in *Reperitor. d. Weimar. Land. Ges. P. I* pag. 6. *Fürst-Bischoeflich-SPEIERISCHE Verordnung* d. 4. Mart. 1758 in *Samml. d. Speier. Ges. u. Landesverordn.* (Bruchsal, 1788. f.) P. III. pag. 207.

6) *Cit. Mandat. d. Verkürz. d. Curae Absent. betr.* pag. 3. sq.

B



da man die letzte Nachricht von dem Abwesenden erhalten, oder wenn man waehrend seiner Abwesenheit überall keine von ihm gehabt, von dem Tage, da er weggegangen oder vermisst worden, zu rechnen sind) oder wenn einer nach seinem 50sten Jahre abwesend wird, sobald er das 70ste Jahr erreicht hat, für tod geachtet, und sein zurückgelassenes Vermögen seinem naechsten Anverwandten, als Erben, verabsolget und zugeschlagen, auch solchenfalls auf Ansuchen derer letztern, mit Erlassung derer Edictal - Citationen — verfahren werden — soll“. Scilicet haec sanctio ad incolas Saxoniae electoralis pertinet, qui cum in terris imperio Electoris Saxoniae parentibus alicubi domicilium suum haberent, postea in exteras regiones alieno principi subiectas commigrarunt, ob verba: „Ein Jeder Unserer Vnterthanen, der sich von hier in die Fremde gewendet, oder noch wenden würde“.

Itaque ii, quos ex loco, vbi haecenus habitauerant, in alium, ditionis tamen electoralis Saxonicae, etsi in alia forte prouincia situm, v. c. ex antiquis, quae vulgo vocantur, terris hereditariis (*aus den alten Erblanden*) in Lusatiam aut portionem Comitatus Hennebergici Schleusingensem, vel vice versa, sedem transtulisse constat, in pristino domicilio, licet de eorum vita ac fortuna ibidem dudum nihil amplius compertum fuerit, absentes mortis declarandae causa, etiamsi bona ibi reliquerint, haberi nequeunt, nisi facta prius legitima et iudiciali eorum apud magistratum loci, in quem tum abierant, percontatione frustranea, ex qua appareat, eos etiam in hoc loco, vbi nouam fortunae suae sedem sibi quaesiuerant, iterum ita disparuisse, vt de horum vita et praesenti commemoratione plane dubitetur.

Quid vero de illis dicendum, qui praedia quidem in terris nostris possidentes, sed alibi habitantes, domicilio suo, quod extra Saxoniam haecenus habuerant, relicto disparuerunt?

runt?



runt? An contra hos quoque leges nostras de morte absentium praesumenda et declaranda, deque successione hereditaria in eorum bonis ordinanda vim suam exerere arbitremur? Equidem fateor id omnino negandum videri, si ipsis verbis legis et communi interpretum regulae, quae in causis odiosis, in quarum numero mortis humanae praesumptionem esse, nemo non intelligit, extensivam interpretationem respuit, inhaereamus. Cum enim ibi eorum tantum incolarum, qui ex his nostris terris in peregrinas migraverint, expressa mentio facta sit, solos rerum immobilium in Saxonia possessores verum domicilium personale eo tempore, quo abesse incipiunt, alibi habentes exclusos esse, valde probabile videtur. Sane verba: „*von hier in die Fremde wenden*“ horum conditioni non respondere, facile est perspectu. At enim vero haud leues scrupulos mouet partim doctrina de omnimoda possessorum praediorum extra territorium habitantium subiectione, (Landsassiatum plenum vulgo dicunt) moribus Saxoniae antiquitus inuecta⁷⁾, secundum quam tales, instar incolarum, non minus in personalibus, quam realibus causis, ne vniuersali quidem iudicio, quod ex creditorum concursu oritur, excepto, forum his in terris sortiuntur; partim regula de diuersa in bona immobilia et res mobiles mortui hominis successione, quoad illa secundum iura loci rei sitae, circa has vero secundum leges loci, vbi defunctus domicilium habuit, ordi-

B 2

nanda,

7) Conf. Lüd. MENKENII Diff. de foro compet. vassalor. simultaneaque investitor. et subiectione nobil. immediat. Saxon. Landsass. extra hoc territ. habitant. in concellar. Sax. et cur. prouinc. Lips. 1716. Ad. Frid. GLAFEY Erört. d. Frage: Ob ein Chur- u. Fürstl.

Saechf. Lehnsman zugleich ein Landsass u. Untertan sey? Lips. 1719. 4. b. Io. Godofr. BAVERI, Ordinarii olim Lipsiensis, Pr. de Landsassis et foro Amtsassiorum. Lips. 1753. et in Opuscul. (Lips. 1787. 4.) T. I. num. 35.



nanda, iure nostro patrio⁸⁾ expresse stabilita, quae, quia generali ratione a necessitate et aequitate fines iurium diuersorum locorum et prouinciarum regundi ducta nititur, acquisitioni hereditatis praesumpta morte delatae aequae ac successioni, quae ob certam mortem fit, conuenit. Quapropter neque analogia iuris haecenus recepti, neque ipsa noua lex, quippe cuius mens a pristini iuris ratione absque singulari et idonea causa recessisse haud censi debet, obstare videtur, quin ea, quae in hac lege de absentium quasi mortuorum hereditate sancita sunt, etiam possessoribus praediorum in Saxonia sitorum alibi habitantibus, postquam in suo domicilio disparuere, ita accommodentur, ut in nostris quidem foris de successione in bona eorum immobilia, superioritati nostri Principis territoriali obnoxia, de reliqua vero hereditate a iudice domicilii, ubi usque ad abitum in terras incognitas degerant, iuxta diuersa cuiusuis prouinciae de morte absentium praesumpta et modo eam eruendi iura cognoscatur.

Ceterum discrimen, quod aliis in causis ius civile inter absentiam honestam et turpem obseruari iubet, apud nos in hoc quidem argumento non attendendum esse, partim ex ratione legis nostrae⁹⁾ in tollenda dominii incertitudine et litium inde oriundarum ambagibus rescindendis posita, partim ex disertis eiusdem, verbis,¹⁰⁾ quae etiam ob causas paullo
gra-

8) *Decis. Elect. Sax. LIV. d. a. 1661.*

9) *Cit. Mand. d. Verkürz. der Curiae absent. betr. pag. 3. ubi ita: „Aber auch zugleich zu Vermeidung der Unge-
gewissheit des Eigenthums und derer-
daraus entstehenden geldsplitternden
Weiterungen und Prozesse, zu ordnen
und festzusetzen.“*

10) *Ibid. ita: „Als finden Wir Uns
bewogen, die Abwesenden — zu Be-
schleunigung ihrer Rückkunfft, und
daferne diese aus trifftigen Ursachen
nicht sofort erfolgen könnte, zu unge-
saemter Bestellung hinlänglich instruir-
ter Gevollmaechtigter — hierdurch ernst-
lich zu ermahnen, aber auch zugleich
— festzusetzen, dass in Zukunfft ein
Feder*

graviore diu absentes hac sanctione comprehensos volunt, satis perspicitur: nisi forte ea, quae in vtraque lege de effectu praecclusionis aduersus illos, qui, cum in termino praefixo non comparuerint, aut iustam contumaciae excusandae causam allegare possunt, aut beneficio restitutionis in integrum gaudent, per integrum annum a publicatione sententiae suspendendo occurrunt, ad hos quoque spectare videantur, qui ob diuturnam, at laudabilem absentiam mortui declarati sunt. Vnum tamen est genus hominum turpiter absentium, ad quod haec lex minime applicari potest, milites nempe desertores, in quorum bonis, quippe post quinquennium a die desertionis elapsum, nisi interea sponte redierint, vel delicti veniam impetrauerint, iure nostro¹⁾ statim publicandis, et fisco veteranorum militari addicendis, nulla heredum datur successio. Neque, vt publica citatio praecedat, opus esse videtur. Nam quae de edictali citatione eorum, qui militiam deseruere, cuius formam Ill. SCHMIEDERVS²⁾ descripsit, in legibus nostris militaribus occurrunt, ea infamiae reis contumacibus per sententiam irrogandae causa tantum requiruntur.

Tandem silentio praeteriri non debet, leges nostras de absentium morte praesumpta atque hereditate a vulgari regula, nouam legem ad praeterita haud trahendam esse, diuortium facere, dum iis quoque ciuibus Saxoniae, qui tempore promulgationis iam abessent, mortis declarationem in poenam

B 3


diu-

Jeder Unserer Unterthanen, der sich von hier in die Fremde gewendet oder noch wenden würde etc.

11) *Ordonnanz*. d. a. 1752. §. 79. et *Patent* d. 9. Dec. 1773. a *Christ. Henr. HOEDLERO*, viro consultissimo, *Diss. de publicat. bonor. ob de-*

sertionem a militia, (Lips. 1789.) adiectum ac ab Ill. SCHMIEDERO in *Chur-Saechf. Kriegsrecht*, T. II. pag. 808. in epitomen redactum.

12) In *lib. cit.* T. I. pag. 272. *sqq.* et pag. 385.



diuturnae absentiae ac negligentiae minantur¹³⁾. Sed posse principem, tamquam supremum communis salutis in ciuitate arbitrum ac moderatorem, in legibus suis, quando reipublicae interesse videtur, etiam de praeterito tempore cauere, ob rationis iuris publici vniuersalis sat graues, ipso iure civili¹⁴⁾ suffragante, non ambigitur.

§. II.

Praesumptio mortis absentis ducitur: a) Partim a tempore.

Quemadmodum autem vlla rerum mutatio contigisse in dubio haud creditur: ita et vita absentis hominis, de quo nihil certi amplius constat, magis, quam mors praesumitur¹⁾, donec vel haec probata fuerit²⁾, vel idoneae existant caussae, vnde mortis verisimilitudo, quae longioris vitae coniecturam vincat, oriatur. In quo primario talis praesumptionis fundamento constituendo quamuis vnanimis fere Iureconsultorum sententia eo redeat, temporis imprimis rationem habendam esse: tantum tamen abest, vt in definiendo hoc termino inter se conueniant, vt potius in duas principales sectas abe-

13) En verba *Mand. d. Verkürz. d. Curae absent. betr.* pag. 3. „Ein jeder Unserer Vntertanen, der sich von hier in die Fremde gewendet, oder noch wenden würde.“ Et clarius adhuc sub finem pag. 5. ita: „welche sich bey Publication dieses Mandats bereits über 15 Jahre abwesend befinden.“ In *Edicto SAXO-VINARIENSI* supra in nota 5. commemorato nouae legis rigor ad eos, qui post hanc sanctionem promulgatam demum abierunt, expresse restrictus est.

14) L. 7. C. de legib. et constitutionib.

1) MASCARDVS de probationib. Concl. MLXXIII. n. 1. MENOCHIVS de praesumptionib. Lib. II. Praes. LXXXIII. 4. 6.

2) Quae probatio quomodo instituenda sit, *Eric. Dan. LIEBHABERVS* in *Comment. de cura cognator.* Cap. IV. §. 4. seq. *LEYSERVS* in *Mediz. ad Pand. Spec.* XCV. et *Henr. Meib. SCHÜTTE* in *Diss. de eo qu. iust. est circa probationem mort. abscent.* (Erf. 1750.) docuerunt.


abeant, quarum altera in absentiae diuturnitate, altera in paullo prouectiori absentis aetate huius praesumptionis causam ponit. Sed ne vnus quidem sectae affectae consentiunt. Nam eorum, qui ad solum absentiae tempus respiciunt, alii IV. alii V. alii VIII. alii X. alii XX. alii XXX. alii XL. alii LX. annis absentiae continuis opus esse contendunt, vt homo peregre profectus in ciuitate sua mortuus censi eiusque patrimonium ibidem relictum ad heredes transmitti possit. Qui vero aetatem absentis inprimis spectari volunt, vel LXX. vel LXXX. vel C. vel adeo CXX. annos ab eius natiuitate effluxos requirunt, antequam inter mortuos eum referre fas sit. Quas quidem opiniones BARTHIVS ³⁾ et ENGAVIVS ⁴⁾ data opera collegerunt, quorum scrinia expilare nolo. Neque defuerunt, qui media via incedentes, non ad certi omnino temporis lapsum iudicium de morte absentis praesumpta restringendum, sed totam potius rem prudenti iudicis arbitrio ita committendam suaderent, vt pro diuersa circumstantiarum indole mox breuius spatium vel minor annorum aetatis numerus sufficiat, mox longius absentiae tempus aut aetas absentis paullo prouectior requiratur ⁵⁾. Causam tot dissensionum si quae-

3) Tob BARTHIVS in *Dissens. in praxi* Cent. V. Diff. 439.

4) Io Rud. ENGAVIVS in *Comment. de cura absent.* (Ien. 1753.) pag. 8. seq. Adde Io. Ern. Iust. MÜLLERVM, virum amplissimum, in opere bonae frugis pleno *Observat. practic. ad LEYSERI Meditat.* T. I. fasc. I. Obs. 240.

5) Quae fuit priuata opinio CARPZOVII in *Definit. forens.* P. III. Const. XV. Def. 57. n. 9. 10. auctoritati tamen Scabinorum Lipsiensium,

suorum collegarum, aliter sententium lubenter cedentis, quam LEYSERVS in *Meditat. ad Pand.* Sp. XCVI. med. 6. non absurdam, verum admodum probabilem, immo sequendam esse statuit, et *Frid. Es. PUFENDORFIVS* in *Observat. iur. uniu.* T. IV. Obs. LXXXIV. §. 3. omnino secutus est, nec fori vsus prorsus reprobauit, sicut exempla rerum ita iudicatarum apud LYNKERVM in *Consil. s. Respons.* Vol. I. Resp. V. RICHTERVM in *Decis.* LXVI. LEYSERVM



quaeris, eam in praeteritorum seculorum more, omnes fere dubii iuris quaestiones ad praecepta Romanorum componendi, potissimum deprehendes. Scilicet cum interpretes experientia satis edocti, omnes homines esse mortales, animaduertent, quam necesse sit ac ipsi reipublicae utile, absentium bona certo domino in perpetuum non carere, et in iuris Romani corpore tamquam communi oraculo regulam hac de re expressam frustra inuestigarent⁶), ac ad lubricum saepe, quod ab analogia iuris ducitur, argumentum confugientes, non eadem via hanc similitudinem inueniendi incederent, sed inter principia, quae partim de iurium ob negligentiam ac diuturnum silentium per praescriptionem amissione, partim de longae absentiae effectibus, partim de vitae humanae probabilitate in legibus Romanis pro varia causarum, de quibus ibi praecipitur, conditione diuersa plane ratione obueniunt, alia his, alia illis in iudicio super hereditate absentis, de cuius vita aut morte non constat, ferendo magis arriderent: non potuit non fieri, quin tot diuersae nascerentur sententiae, vel plures vel pau-

SERVM I. C. WILDVOGELIUM in *Respons.* CLIV. num. II. et *Consult.* EMMINGHVSIVM in *Notis ad Cocceii ius ciu. controu.* T. I. pag. 497. edit. nou. a. 1791. obuia docent. Immo iure BAVARICO recentiore eadem disertis verbis recepta est et in *Cod. Maximil. Bauar. ciuil.* (a 1756. promulgatum) P. I. Cap. VII. §. 39. num. 6. translata. Conf. b. *Wigul. Xaver. Aloyf. L. B. a KREITTMAYR* in *Anmerkung. üb. d. Cod. Maximil. Bauar. ciuil.* (Monachii 1759. 8.) P. I. pag. 552.

6) Nam etsi vestigia curatorum absentiae apud Romanos interdum da-

torum haud obscura imprimis in *l. 1. §. ult. D. de munerib. et honorib. et L. 3. C. de postlim. reuers.* reperiri vix negauerim, in omnibus tamen iuris ciuilis libris ne vnus quidem locus occurrit, qui hereditatis absentis ob praesumptam eius mortem cognatis deferendae vllam mentionem faciat. Quapropter hanc doctrinam non ex legibus Romanis repetendam esse, sed solis moribus receptisque in foro opinionibus originem suam debere, postea vero variarum terrarum legibus confirmatam, illustratam, magisque excultam fuisse, mihi maxime persuasum habeo.

pauciores nactae fautores et propagatores, quorum opera passim in fora ipsasque adeo leges prouinciales ac municipales istae penetrarunt. Harum autem opinionum nullae vnquam communi fere Germaniae vsu magis probatae sunt, quam duae, altera nempe ab *aetate centenaria*, altera ab *aetate septuagenaria* absentis hominis mortis praesumptionem arcessens.

Et *primam* quidem, qua absens *anno centesimo* a sua natiuitate in peregrinis oris obiisse ideo putatur, quod centum annorum spatium terminus humanae vitae longissimus esse in nonnullis iuris Romani locis dicatur ⁷⁾, solam fere per aliquot secula (ob summam, vt videtur, auctoritatem, qua Glossa, quae praesumptionem pro centenaria hominis vita inde petiit ⁸⁾, in foris quoque Germaniae olim pollebat) regnasse, ac in Saxonia nostra medio fere seculo XVII. adhuc obtinuisse, ex scriptis Ictorum illius aevi forensium adiectisue rerum sic iudicatarum exemplis satis constat ⁹⁾.

Sed


7) Nempe in *L. 56. D. de usufr. et L. 8. D. de usu et usufr. et red.* vbi CAIVS negat vsumfructum municipio quaesitum *ultra centum annos* durare, quia *is sit finis vitae longaeui hominis siue longissimus*. Ac in *L. 23. C. de SS. Eccles.* vbi IUSTINIANVS ecclesiis aliisque piis causis nec non civitatibus beneficium centenariae praescriptionis indulgens, se *longissimum vitae hominum tempus elegisse*, et omnibus earum actionibus *unum tantummodo terminum humanae vitae*, id est, *centum metas annorum imposuisse*, profitetur.

8) ACCVRSIVS nempe in GLOSSA ad *L. 2. §. 4. D. Quemadm. testam aper.* ita scripsit: *Sed nonne quilibet prae-*

sumitur viuere etiam vsque ad C. annos, nisi probetur mortuus?

9) MENOCHIVS *de praesumptionib.* lib. VI. Praef. XLIX. Petr. WESEMBECIVS in *Consil.* XV. n. 74. Hartm. PISTORIS in *Observat.* CIII. n. 14. Sigism. FINCKELTHAVS, Ordinarius Lipsiensis, in *Observat. pract.* Obl. C. qui duo praeiudicia, alterum Ordinis Ictorum Lipsiensis ex a. 1611. affert additque haec: *Et ita alibi quoque saepissime, vt et in hunc vsque diem* (scripsit autem a. 1636) *quotidie apud nos pronuntiari solet.* BRVNEMANNVS in *Comment. ad Codic.* L. 23. C. de SS. eccles. n. 3. SCHILTERVS in *Exercitat ad Pand.* Ex. XV. §. 76. et 78. Christophor. *Henr.*

C



Sed postea cum intelligerent viri docti, hanc opinionem naturae praesumptionis, quippe non a rebus, quae rarissime occurrunt, sed ab iis, quae paullo frequentius contingunt, petendae prorsus repugnare, nec fas esse, ex iis, quae de centenario tempore tamquam longissimo vitae humanae termino in nonnullis causis obseruando singularis erga ecclesias locaque religiosa et ciuitates fauoris gratia in legibus Romanis proposita sunt, vniuersalem regulam ducere, ea sensim deserta ad alteram, qua aetas septuaginta annorum mortis praesumptioni sufficere creditur, tanto cum impetu delapsi sunt, vt iam seculo XVII. haec non solum in Saxonia¹⁰), sed in omni paene Ger-

Henr. BERGERVS in Decisionib. summi prouocat. Senat. elect. Dec. CXVIII. vbi sententia a supremo pro- uocationum Senatu Dresdensi a. 1638. secundum hanc opinionem lata occurrit. Immo Ordinem Ictorum Altorfinorum nostro adhuc seculo ita iudicasse, ex Ge. Henr. LINCKII Disquis. Quando absens habeatur pro mortuo? (Altorf. 1727) Cap. II. §. 5. pag. 29. apparet. Ceterum argumenta pro hac opinione vberius exposuit et confutauit Io. Bern. FRIESEN. in Diff. de termino vitae (Ien. 1702.) §. 11 seq. ipse potius rem iudicis arbitrio relinquendam esse statuens.

10) Id quod testantur CARPZO. VIVS in *Definit. forens. P. III. Const. XV. Def. 57. n. 11. seq. Io. Henr. BERGERVS in Respons. P. II Resp. 166. et in Oecon. Iur. Lib. I. Tit. IV. th. 6. n. 11. ibique b. WINCKLEBVS pag. 131. edit. a 1771. Tob. BARTHIVS in Dissensu in praxi Cent.*

V. Diff. 439. n. 12. vbi mentio fit decreti a Senatu Pirnensi iam a. 1665. in hanc mentem dati, et rescripto Serenissimi Principis confirmati. Casp. Henr. HORNIVS in Respons. Cl. VIII. Resp. 31. pag. 466. WERNHERVS in Obseruat. forens. P. II. Obs. 241. et Obs. 241. et P. III. Obs. 48. Cbpb. Henr. BERGERVS in Decif. cit. CXVIII. Lüid. MENCKENIVS in System. Iur. Ciu. tit. de hered. petit. §. 10. Abrab. KAESTNERVS in Pr. Quousque homo viuere praesumatur? Lips. 1746. Ferd. Aug. HOMMELIVS in Diff. Septuagenarius absens fact. quando mort. praesum. Lips. 1751. §. 8. Io. Flor. RIVINVS in Pr. huic Diff. adiecto pag. 8 Car. Ferdin. HOMMELIVS in Rhapsod. Obs. CVI et CVII. Omni denique exceptione maius de hac Saxoniae consuetudine testimonium in ipsa lege patria de cura absentiae extat, in cuius quidem praefatione haec: „Nachdem wahrzunehmen gewesen, dass aus dem in Unserm Chur-

Germania vulgaris et communis, instar regulae sequenda, nisi particulares forte leges aut consuetudines aliud velint, fori vsu efficeretur"), a Camera quoque Imperii approbata¹²⁾, ac ipsis passim iuribus prouincialibus ac municipalibus¹³⁾ ex-

C 2

pres-

Churfürstenthum und incorporirten Landen bisher eingeführten Gerichts-Brauch, vermoege dessen ein Abwesender, wenn gleich von seinem Leben und Aufenthalt in langer Zeit keine Nachricht zu erlangen gewesen, vor Ablauf des 70sten Jahres nicht pro mortuo gehalten, und dessen Vermoegen an seine Erben verabsolget werden koennen etc." leguntur.

11) Conf. Cbph. Phil. RICHTERS in *Consil.* Vol. II, Conf. CLXXXV. n. 7. et 20. Sam. STRYCKIUS in *Vsu mod. Pand.* Lib. V. Tit. III. §. 4. LEYSERUS in *Medit. ad Pand. Spec.* XCVI. med. 5. LAVTERBACHIUS in *Colleg. ad Pand.* Tit. de hered. petit. §. 24. Iust. Henning. BOEHMERUS in *Cons. et Decisio.* Vol. II. P. I. Resp. CLXXIV. n. 11. et CLXXV. n. 6. 14. seq. HELLFELDUS in *Iurisprud. forensi sec. Pand. ord.* §. 562. STRUBENIUS in *Rechtl. Bedenk.* T. III. n. 104. Car. Frid. WALCHIUS, vir illustris, in *Introduct. in controuers. iur. civ.* pag. 35. edit. a. 1791. Ge. Steph. WIESANDIUS, vir illustris, in *Diff. de cura bonor. absent.* §. II. Leonb. Heur. Lud. Ge. de CANNGISER in *Collect. Decis. trib. appellat. Hasso-Cassellani*, Tom. I. Dec. 141. n. 2. Israel ROSENFELD in *Diff. de administrat. bonor. absent. prox. success. compet.* (Erfurti 1712.) §. 20. sq. Lud. Conr. SMALCALDERUS in *Diff. de*

illo quod iust. est o. eos qui disparuer. Tubing. 1758.) §. 8. qui etiam de vsu fori Würtembergici testatur. Io. Frid. WAHLIUS in *Pr. Cui necessitas prob. in petit. hered. absent. incumb.* (Gotting. 1751.) p. 11. Reinh. Frid. SAHME in *Diff. de praesumpt. mortis* (Regiomont. 1713.) §. 9. Ill. Io. Lud. SCHMIDIUS in *Rechtsprüch.* (Ien. 1777. 4.) num. III. §. 4. Ill. Christ. Frid. Imman. SCHORCHIUS in *Medit. de cura bon. absent.* (Lips. et Francof. 1761. 4.) §. 6. 7. 8. Ill. EL-SAESSERUS in *Gemeinnütz. jurist. Beobacht. u. Rechtsfaell.* Vol. IV. num. X. pag. 164. sq. b. ORTHIUS in *Anmerkungen üb. d. Reformat. d. Stadt Frankfurt am Main*, III. Fortsetz. (Francof. 1751. 4.) pag. 357. vbi de vsu fori Francofurtani testatur.

12) Teste Io. Vlr. L. B. de CRAMER in *Wetzlar. Nebenstund.* P. CIII. pag. 455. sq.

13) Vid. Constitutiones binas HASSO-DARMSTADINAS d. 19. Febr. 1774. et d. 13. Febr. 1776. apud. Io. Cbph. KOCHIVM, virum illustrem, in *Diff. Vtrum absent. success. fiat ex nunc, an ex tunc?* quae est *Auctar. II. EIVS Tr. de success. ab int.* FULDISCHE *Verordnung weg. abwesend. Landeskind.* v. 25. Febr. 1775. cuius epitomen dedit ill. THOMAS in *Sistem all. Fuldischen Privatrechte* T. III. pag. 164. vnde cognoscitur



presse confirmata. Qua in re praeter rationem ex *L. LXVIII. D. ad Leg. Falcid.* elicita¹⁴⁾ partim commendationi, quae huic opinioni ex eiusdem cum effato DAVIDIS regis¹⁵⁾, qui longam hominis vitam ad septuaginta circiter annos plerumque perducere aufferit, conuenientia accesserat, partim auctoritati Scabinorum Lipsiensium, quos eam iam ab initio Seculi XVII. fouisse, ex formulis a CARPZOVIO¹⁶⁾ collectis apparet, ab eodem

scitur, et iure Fuldensi antiquiori in vniuersum et hodie adhuc in iis absentibus, qui ante hanc nouam legem abierant, solam aetatem septuagenariam sufficere. *Statuta der Stadt DRESDEN* (Dresd. 1664. 1728. et 1785 4.) Cap. VII. §. 5. In terris BRANDENBURGICIS eundem terminum olim obtinuisse, ex *Cod. Frideric. March.* a. 1748. P. III. Tit. XVII. §. 20. intelligitur. Iure PALATINO recentiori eundem expresse receptum esse, ex duobus rescriptis d. 15. Nov. 1774. et d. 10. Nou. 1784. emissis *Io. Thadd. MÜLLERVS*, vir illustris, in *System. Pandect.* (Manhem. 1785. 8.) P. I. §. 404. refert. Ius SCHWARZBURGICVM in *Verordnung, wie es mit Verabfolgung d. Vermoegens ein. Abwesenden an seine Erben zu halten*, d. 1. Sept. 1773. ap. *Io. Chr. HELLBACHIVM*, virum amplissimum, in *Grundriss d. Schwarzburg. Privatrechts* (Hilburghuf. 1789. 8.) pag. 18. etiam septuagenariam aetatem admittit.

14) VLPPIANVS scilicet (nam eius verba AEMILIUS MACER in hoc loco sua fecit) quantitatis Falcidiae quartae, quae de alimentis legatis detraheretur, recte aestimandae causa

scalam mortalitatis secundum diuersam cuiusuis legatarii aetatem ibidem proposuit, cuius vberiores vindicias *Frid. Aug. SCHMELZERVS*, Professor nunc Helmstädiensis, in *Comment. I. de probabilit. vitae eiusque usu forensi* (Gotting. 1787. 8.) data opera suscepit, amicam eiusdem cum regulis et experimentis celeberrimorum virorum, qui hoc nostro aevo doctrinam de vitae humanae verisimilitudine suis studiis illustrarunt, conpirationem demonstraturus. At enim vero quale praesidium opinioni de morte absentis ob septuaginta aetatis annos praesumenda ex hoc loco accedere possit, me non satis intelligere ingenue profiteor. Sane neque VLPPIANVM, neque MACRVM in tempore alimentorum relictorum computando vsque ad septuagenariam legatarii aetatem progressum esse, sed vtrumque potius intra sexagesimum et septuagesimum annum ibi substituisse, vel leuiter intuenti statim in oculos incurrit.

15) In *Psalmo XC. v. 10.*

16) In *Definit. forens. P. III. Const. XV. Def. 57.*

eodem CARPZOVIO collega, licet aliter sentiente¹⁷⁾, communi olim in aliis quoque passim praeter nostras terras Germaniae partibus triturae forensis magistro, vltius propagatae, multum tribuendum esse videtur.

Itaque pristina sententia de centenariae absentis aetate expectanda, antequam is mortuus censeatur, hoc, quo vivimus, seculo vbiuis fere evanuit, nisi forte eam ad absentes, qui transacto demum anno septuagesimo peregre abierunt, in illis terris, vbi recentior de septuagenaria aetate opinio adhuc viget, commode applicari posse putemus, quemadmodum *b. Ferdin. Aug. HOMMELIUS*¹⁸⁾ contendit.

Attamen haec sententia, etsi magno cum plausu a maioribus excepta, non tantam vbiuis locorum vim nata est, vt eam deserere Icti et legumlatores quasi religioni sibi ducerent. Sed cum multis nimis durum et lubricum videretur, siue mortem cuius non admodum diu absentis ex sola prouectiori eius aetate colligere, siue curam bonorum hominis, qui iuuenis adhuc disparuit, usque ad annum ab eius natiuitate septuagesimum necessario prorogare, maiori cum veritatis specie talem coniecturam ex absentiae diuturnitate petendam esse rati: factum est, vt nouarum legum huius potissimum, quo vivimus, seculi conditores plerique hac in re non tam aetatem absentis, quam potius tempus absentiae spectari, et in hoc aestimando maxime ad praescriptionem vel longam vel longissimam respici iuberent. Scilicet cum praescriptione et temporis lapsu omnia


C 3

hominis

17) Vide, quae de vera CARPZOVII sententia in nota 5. ad h. §. monui.

18) In *Diff. Septuagenarius absens factus quando mortuus praesumatur?*

(Lips. 1751.) §. 9 sqq. Confer tamen, si placet, dubia, quae SMALCALDERVS in *Diff. supra cit.* §. 9. et ill. ELSAESSERVS *ib. cit.* pag. 176 sq. contra hanc HOMMELII doctrinam mouerunt.



hominis in ciuitate iura ob negligentiam in iis persequendis commissam extingui iustum censeatur, patet profecto, neque ab analogia iuris, neque ab aequitate, neque a salute publica alienum esse, vt ciues peregre profecti, intra certum tempus nec redeuntes nec sui copiam facientes, quasi qui rerum suarum in patria curam plane abiecerint, praesumptione iuris, qua homo, cuius mors nondum probata est, adhuc viuere putatur, excidant¹⁹⁾. Duplicem autem rationem in hoc tempore absentiae, vnde mortis praesumptio oriatur, definiendo diuersos legumlatores secutos esse animaduertimus. *Aliis* quippe placuit, absentem ob solam absentiae diurnitatem, nullo aetatis respectu habito, mortuum censerit. Ita v. c. *post X. annos iura Borussio-Brandenburgica*²⁰⁾, *Altenburgensia*²¹⁾, *Anhal-*

19) Quapropter post *Io. Pet. a LVDEWIG* in *Gel. Anzeig.* Vol. I. num. CCXIV. pag. 929 sq. *Io. Flor. RIVINVS* in Pr. b. *HOMMELII* Diss. praeced. n. 21. cit. adiecto pag. 9. sq. auctor suaeque extare voluit, vt praescriptionis tricennariae tempus, per quod quis absens fuerit, terminus praesumendae mortis in posterum haberetur.

20) *Verordnung, wie es wegen der Abwesenden mit der Güter- und Vermögens-Verwaltung zu halten etc.* d. 27. Oct. 1763. (in *nouo Corp. Const. Pruss. Brand. March.* T. III. pag. 315 sqq.) §. 2. 3. hac tamen addita exceptione, vt ii, qui anno demum aetatis sexagesimo quinto aut serius disparuerunt, iam post quinquennium mortui habeantur. Quae sanctio in *allg. Gesetzbuche für die Preuss. Staat.* (Berol. 1791. 8.) Vol. IV. pag. 1137. sq. repetita legitur. Ita pristinus mortis

in absente praesumendae terminus illis in terris olim ad septuagesimum quoque aetatis absentis annum (conf. *Codex Iur. Frider. Marchic.* a. 1748. P. III. Tit. XVII. §. 20.) postea ad tricennalem absentiam rescriptis (a. 1752. et 1753. datis (quae in *nouo Corp. Const. Pruss. Brand. March.* T. I. pag. 271. num. 4. et pag. 449. num. 23. prostant) extensus multum coarctatus est. Causam et occasionem huius mutationis partim ex prooemio legis nouae, partim ex ipsis rebus gestis *Frider. BEHMERS* in *nouo Iure controu.* Obs. XCVIII. et XCIX. exposuit.

21) *Mandat d. Erklär. d. Abwesend. p. mort. betr.* d. 7. Dec. 1767. in *II. Samml. d. Gesetze d. Fürstentb. Altenburg* (Altenb. 1775. 4.) pag. 282 sqq. Quam legem confirmavit *Vormundschafftis-Ordnung f. d. Fürstentb. Altenb.* (1785. 4.) §. 35.

Anhaltino - Bernburgensia²²), Badensia²³), Saxo - Vindriensia²⁴), Saxo - Coburgica^{*}), post XV. annos iura Augustana²⁵) in Sabaudia, post XX. annos iura Schwarzburgica²⁶), post XXV. annos iura Herbipolitana²⁷), post XXX. annos iura Bohe-

22) Rescript an die Landesregier. d. Fürsorge weg. d. Vermög. abwesend. Personen betr. d. a. 1779. vbi iam in eo, qui post annum aetatis LXV. abiit, terminus ad quinquennium restrictus est. Conf. F. G. A. LOBETHANI *Anhaltisch. Museum* Vol. II. P. I. (Seruestae, 1785. 8.) pag. 27.

23) Verordnung d. 2. Mart. 1776. in Inhalt d. neuern Markgräf. Badischen Gesetzgebung (Carlsruhe, 1782. 8.) pag. 653.

24) Mandat d. 20. Aug. 1777. §. 1. sqq. Vid. Adolph. Chpb. Frid. LOEBERI *Repertorium od. Auszug d. in d. Herzogth. Weimar ergang. Landes-Gesetze*, P. I. (Ien. 1783. 8.) pag. 5. sqq.

*) Mandat d. Vermög. der abwes. Person. betr. d. 5. Aug. 1767. in *Diplomat. Beytrüg. zur weis. Gesetzgeb.* (Coburgi, 1790. 4.) num. IV. pag. 13. sqq.

25) Teste Ant. FABRO in *Cod. Fabriano* Lib. V. Tit. XL. Def. 3.

26) Eos nempe, qui post d. 1. Sept. 1773. patriam deseruerunt, nec prius aetatem septuagenariam attigerunt. *Verordn. d. 1. Sept. 1773. ap. HELLBACHIVM in Schwarzburg. Privatrecht* pag. 19.

27) *Edicta* d. 29. Mart. 1673. et d. 15. Sept. 1769. Conf. Ill. Ios. Mar. SCHNEIDTII *Elem. Iur. Francon.* §. 145. edit. II. Wirceb. 1790. 8. et

in *Thes. Iur. Francon. I. Abschit.* XIX. H pag. 3692.

28) Vulgo quidem statuitur auctoritate Chpb. Phil. RICHTERI in *Decisionib. Iur. var. LXVI. n. 6.* edicto Imperatorio in regno Bohemiae a. 1616. die 29. Martii cautum fuisse, quod absens per 30. annos, annum et diem, pro mortuo haberi, eiusque bona sine cautione proximis cognatis deferri debeant. Sed cum non solum haec sanctio (quam ex codice misero, iura statutaria vrbis Gorlicensis in Lusatia superiore continente, et a viro quodam, vt videtur, rerum huius civitatis satis perito seculo XVII. congesto, qui in PRAESIDIS bibliotheca servatur, lectorum oculis in appendice num. I. subiicimus) in collectione legum Bohemicarum vniuersalium, quam Io. Iacob. de WEINGARTEN sub titulo: *Codex pro regno Bohemiae etc.* Pragae, 1720. f. edidit, frustra quaeratur, verum etiam ex ipsis eiusdem verbis satis appareat, eam Senatui tantum Gorlicensi de patrimonio civis cuiusdam Guilielmi Tybleri, qui disparuerat, ad Regem Bohemiae, MATTHIAM, referenti missam esse, nec ipse RICHTERVS aliam scientiae suae rationem, quam illam ex actis Gorlicensibus ad Scabinatum Iennensem transmissis sibi innotuisse, reddiderit, satis, ni fallor, intelligitur, eam e rescriptorum genere esse, et a
RICH-



*Bohemica*²⁸⁾, *Holfatica*²⁹⁾, *Oldenburgica*³⁰⁾, *Salisburgen-
sia*³¹⁾, *Tigurina*³²⁾, *Schwarzburgica*³³⁾, *Meclenburgica*³⁴⁾,
post XXXII. annos iura *Austriaca*³⁵⁾, post XXXV. annos iura
Nord-

RICHTERO edicti appellatione incongrue insigniri. Quapropter vtrum regula de tempore praesumendae mortis absentis ibi tradita in vniuerso Bohemiae regno, cuius pars ciuitas Gorlicensis vna cum reliqua Lusatia tunc erat, vnaquam valuerit, an ex causa singulari solis Gorlicensibus aut Lufatis praescripta fuerit? merito dubitatur. Respexit forte Rex **MATTHIAS** ad longum praescriptionis tempus iuris Saxonici, iam ineunte saeculo XIV. Gorlicensibus expresse concessi, de qua receptione conf. **PRAESIDIS Praefatio** ad T. I. d. *Sammlung. z. d. Deutsch. Land- und Stadtrecht.* (Lips. 1772. 4.) pag. 6. sqq. At vsu tamen inualuit in *Bohemia*, incolas, qui disparuerunt, post tricennem absentiam mortuos haberi, eorumque bona proximis heredibus addici, quam consuetudinem, sola sollemni mortis declaratione abolita, confirmavit **IOSEPHVS II.** in *Hofdekret* d. 2. Ian. 1789. quod extat in *Iosephs II. Gesetzen und Verfassung. im Justizfache im letzten Jahre* (Prag. et Viennae, 1790. f.) pag. 11.

29) *K. Daenische Verordnung weg. d. Erbfaelle etc.* d. 31. Oct. 1740. in *Corp. Constit. Reg. Holfat.* T. I. pag. 159. sqq.

30) *Eadem* in *Io. Cbph. ab OETKEN Corp. Constitut. Oldenburg. Supplem. II.* (Oldenb. 1748. 4.) P. III. pag. 1. sqq.

31) *Verordnungen* d. 21. Febr. 1777. et d. 14. Sept. 1785. ap. **ZAVNERVM** in *Auszug d. Salzburg. Landesgef.* P. I. (Salisb. 1785. 8.) pag. 57. et P. II. (1787.) pag. 42. sq.

32) *Verordnung* d. 7. Febr. 1775. in *Sammlung d. Gesetze löbl. Stadt u. Landschaft Zürich*, Vol. IV. (Tiguri 1779. 8.) pag. 58. sq.

33) Scilicet eos, qui ante d. 1. Sept. 1773. disparuerunt, et septuaginta aetatis annos nondum transegerunt. *Verordn.* d. 1. Sept. 1773. ap. **HELLBACHIVM** l. c.

34) *Landes-Constitution* d. 8. Mart. 1774. §. 5. sqq. in *Samml. Mecklenburg. Land. Gef. Supplem. ad T. II.* (Suerini, 1777. 4.) num. CCLXXIII. pag. 54. sqq. Iustam eius epitomen vide in *Ioach. Henr. SPALDINGII Repert. Jur. Mecklenburg.* (Rost. 1781. 4.) pag. 4. sqq.

35) Scilicet quando de hereditate in terris Austriacis cognato, qui in exteris regiones discessit et disparuit, deferenda quaeritur, secundum **CAROLI VI. Satz- und Ordnung v. Erb-recht ausser Testament im Erz-Herzogthum Oesterrich unter der Ens** d. 28. Maii 1720. Tit. XVI. §. 3. in *Cod. Austriaci* s. *Samml. Oesterrich. Gesetze* T. III. (Lips. 1748. f.) pag. 983. Conf. **Io. Vdalr. DONNERI Einleit. z. Kenntniss d. Oesterrich. Rechte**, I Tb. 2 B. (Viennae, 1786. 8.) pag. 62. sqq. Quae sanctio, etsi neque in **IOSEPHI II. Patent weg. d. Erbfolge** d. 11.



Nordlingensia ³⁶), post XL. annos iura *Leodiensia* ³⁷), ciues, qui disparuerunt, cuiuscunque aetatis sint, mortuos haberi iubent.

Alii vero cum longa absentia aetatem absentis septuagenariam coniunctam esse voluerunt, vt mortis praesumptioni locus dari possit, quemadmodum v. c. ex iuribus *Fuldensibus* ³⁸) et *Torgauensibus* ³⁹), in hunc sensum conceptis, intelligitur.

d. II. Maii 1786. in *EIVS Gesetz. u. Verfassung im Justizfache in sechsten Jahre sein. Regierung* (Prag. et Vienn. 1787. f.) pag. 44 seqq. neque in *EIVSDEM allgem. bürgerlich. Gesetzbuche* d. I. Nov. 1786. P. I. (Vienn. 1786. 8. et in *cit. Collect.* pag. 72, seqq.) Sect. V. §. 97. 98. ubi de cura absentium agitur, repetita aut confirmata fuerit, tamen nec expresse ibi abrogata legitur.

36) *Der Stadt NÖRDLINGEN Statuta u. Satzungen* d. a. 1650. Tit. X. in *PRAESIDIS Sammlung, zu den Deutsch. Land- und Stadtrecht.* P. I. (Lipf. 1772. 4.) pag. 238.

37) Teste *Car. de MEAN*, interprete iuris Leodiensis locupletissimo, in *Observation. et rer. iudicat.* P. III. Obs. CCCXII. n. 7. et P. IV. Obs. CCCLXXXVI. n. 2.

38) Constitutio nempe *Fuldensis* in nota 15. ad h. §. commemorata absentes, qui post eius promulgatio-

nem peregre profecti, et intra 30 annos, etsi priuatim de se suaque fortuna in patriam aliquid interea retulerint, tamen aliquoties publice citati non comparent, exacto septuagesimo aetatis anno, eos vero, qui per 25 annos absentiae continuos ne privatim quidem de sua vita ac commoratione nuntium in patriam miserunt, nec publice vocati copiam sui fecerunt, sine vilo aetatis respectu, mortuos declarari ita iubet, vt bona eorum proximis heredibus instar hereditatis iure proprio absque vlla cautione nunc relinquuntur.

39) *Statuta des Rathes zu TORGAV* d. a. 1621. (Torgaviae, 1698. 4.) Tit. XIV. cum aetate septuagenaria absentiam per XXXI annos et spatium Saxonicum ita continuatam, vt intra hoc tempus (*in dreissig Jahren, Jahre und Tage*) de absente nihil plane comperitum fuerit, coniungunt.

D

§. III.



§. III.

Inprimis iure Saxonico electorali nouissimo.

Quam vero de mortis coniectura ex sola septuagenaria absentis aetate capienda opinionem in Saxonia nostra a medio fere seculo XVII. floruisse supra diximus, et ad nostram vsque aetatem in his foris constanter regnasse nouimus, eam recentissimo iure patrio non dicam abrogatam, sed emendatam, et, habita praeterea diuturnitatis absentiae ratione, rei naturae ac aequitati magis accommodatam deprehendimus. Ita nempe in *Edicto de cura absentium* sancitum legitur¹⁾: „Dass in Zukunft ein Jeder Unserer Unterthanen, der sich von hier in die Fremde gewendet ader noch wenden würde, und binnen denen letztern 20 Jahren keine Nachricht von seinem Leben und Aufenthalt — gegeben, nach Ablauf dieser 20 Jahre, (welche von dem Tage an, da man die letzte Nachricht von dem Abwesenden erhalten, oder wenn man waehrend seiner Abwesenheit überall keine von ihm gehabt, von dem Tage, da er weggegangen, oder vermisst worden, zu rechnen sind) oder, wenn einer nach seinem 50sten Jahre abwesend wird, sobald er das 70ste Jahr erreicht hat, für todt geachtet — werden — soll. — Wobey denenjenigen, welche sich bey Publication dieses Mandats bereits über 15 Jahre abwesend befinden, und nicht immittelst das 70ste Jahr ihres Lebens erfüllet haben, sowohl denenjenigen, welche sich nach bereits zurückgelegtem 65sten Jahre ihres Alters und darüber, entfernen, noch eine Frist von 5 Jahren gestattet wird, nach deren Ablauf sie ebenfalls pro mortuis geachtet werden sollen.“ Vnde apparet, ex Serenissimi Legislatoris voluntate ad mortem absentis praesumendam requiri:

I. VEL

1) *Cis. Mandat d. Verkürz. d. Curae Absent. betr. d. 13 Nov. 1779. pag. 3199.*

I. *VEL absentiam vicennariam*, intra quam nihil de absente compertum fuit, absque vlllo aetatis eiusdem respectu. Ergo perinde est, a natiuitate absentis, qui per integrum vicennium disparuit, plures, an pauciores anni effluxerint: nec dubitamus amplius, hac noua lege innixi, hominem, qui iuuenis, vt militiae vel opificii caussa crebro fieri solet, in peregrinas terras abiit et vltra XX. annos nullam sui copiam in patria fecit, quamquam a senectute longe remotum, mortuum declarare. Quid vero de eo dicendum, qui minorem aetatem nondum egressus patriam reliquit, et vltra vicennium disparuit? Hunc sine legis quoque rigore omnino comprehensum arbitremur? an potius cursum vicennii demum a maiori eiusdem aetate adepti incipere, ob beneficium restitutionis in integrum, quo gaudent minores, credamus? Lex de hac specie prorsus silet: nam quae de iis, qui tali beneficio fruuntur, ibidem dicta sunt, ad iura eorum, qui in termino litteris edictalibus proposito non comparuerunt, aduersus vim rei iudicatae praecclusiuam per vnus anni spatium adhuc conseruanda spectant. An igitur ad analogiam, quae a praeceptis iuris ciuilis de sola praescriptione longissimi temporis (quale spatium XX. annorum non est) contra minores currente ²⁾ haud inepte peti posse videtur, confugiamus? Equidem confugerem, nisi comparatio legis nostrae cum *Edicto Boruffo-Brandenburgico* de absentibus a. ccccclxiii. promulgato ³⁾, quod, ni omnia me fallunt,

D 2

kunt,

2) L. 3. C. de praescript. 30. v. 40. annor. et L. vlt. C. In quib. caus. in integr. rest. n. est necess.

3) Cit. Verordn. wie es weg. d. Abwesend. etc. d. 27. Oct. 1763. § 1. „Daß, wenn jemand zehn Jahre abwesend gewesen, und man während

solcher Zeit keine Nachricht von seinem Aufenthalt oder Leben erhalten, er nach Verlauf solcher 10 Jahre für verstorben geachtet werden solle. §. 2. Diese zehn Jahre sollen von dem Tage an, da man die letzte Nachricht von dem Abwesenden erhalten, oder wenn man während



lunt, in illa condenda auctori ante oculos fuit, me ancipitem redderet. Ex eo namque, quod clausula de annis minorennitatis detrahendis, sanctioni Borusso-Brandenburgicae adiecta, in nostra omissa sit, non levis coniectura nascitur, hoc ideo factum esse, quod beneficium in illa lege, quae iam X. annorum lapsum mortis praesumptioni sufficere vult, minoribus indultum, iisdem contra vicennarium tempus apud nos concessum haud inique negari posse existimaretur. Res profecto expressa eget Principis decisione.

II. *VEL aetatem absentis septuagenariam.* Etenim non opus est, vtrumque, et absentiam XX annorum et senectutem, in vno eodemque homine absente concurrere, sed alterutrum sufficit. Ne autem is, qui, cum in exteras regiones discederet, a septuagesimo natiuitatis anno parum remotus erat, mox septuagesimum nactus annum, ob breuem absentiam statim mortuus in patria censeretur, sapienter prouidit legislator, *quinquennii veniam*, forte argumento ex *L. LXVIII. D. ad Leg. Falcid.* *) ducto, iis concedens, qui *post LXV. aetatis annum* transactum, relicta Saxonia, solum mutarunt⁴⁾. Ita rigor pristinae regulae de mortis praesumptione ex septuagenaria aetate

während seiner Abwesenheit überall von ihm keine gehabt, von dem Tage an, da er weggegangen, verreiset, oder vermisst worden, gerechnet werden; es wäre denn, daß die Abwesenheit in der Kindheit oder Minderjährigkeit ihren Anfang genommen, in welchem Falle diese 10 Jahre nicht eher, als von erlangter Majorennität an — gerechnet werden können. Quae iisdem fere verbis, hac tamen cautione addita, ut in absente, de cuius aetate, et vtrum tempore discessus maior fuerit, dubitatur, spatium XV annorum ex-

pectari debeat, in cit. Allgem. Gesetzbuche f. d. Preuss. Staat. Vol. IV. pag. 1138 sq. repetita leguntur.

*) Et quidem ex verbis: *ab annis sexaginta, cuiuscunque aetatis sit, annorum quinque.* Conf. ill. KOCHIVS in *Diss. cit.* pag. 207. edit. a. 1790.

4) Idem plane spatium in cit. *Edicto Borusso Brandenburg. §. 3.* et in *Allgem. Gesetzbuch f. d. Preuss. Staat. Vol. IV. pag. 1138.* iis, qui iam LXV. annos nati disparuerunt, concessum legitur.


aetate petenda, ceteroquin adhuc seruatae, egregie temperatus fuit. Dubium vero super computatione huius quinquennii motum, vtrum a tempore abitus, an a legis promulgatione eius initium ducendum sit? Serenissimus Princeps Rescripto ⁵⁾ die XXI. Septembris a. cIoIoCCLXXX. ad preces Senatus Lipsiensis dato ita sustulit, vt hoc quinquennale spatium a momento, quo talis homo abesse coepit, currere iuberet ⁶⁾. Si quis igitur LXV. pluresque annos, vt LXX. LXXX. XC. C. et vltra natus demum inter nostrates disparuerit, quinquennium adhuc expectandum est, quo exacto, si neque redierit, neque de eius vita in patria aliquid compertum fuerit, mortuus declarari possit. Ex quo simul consequitur, eorum, qui in septuagenario absens facto vitae praesumptionem vsque ad annum centesimum prorogari volunt, doctrinae, quam Ordinem Ictorum Lipsiensem hoc adhuc seculo in pronuntiando secutum esse, *Ferdin. Aug. HOMMELIVS* ⁷⁾ refert, in nostris quidem foris nullum amplius esse vsum.

Ceterum caueat iudex, ne forte in verbis legis sequentibus: „*oder wenn einer nach seinem 50sten Jahre abwesend wird, sobald er das 70ste Jahr erreicht hat, für tod geachtet etc.*“ scrupulum aliquem inuenisse, et hunc locum ad septuagenarios, qui, antequam quinquaginta annos nati essent, patriam deseruerunt, plane non pertinere, sibi persuadeat. Nam solius quinquagenarii ideo tantum hic mentio fit, quod iunior, etiam ante annum aetatis septuagesimum transactum, iam post XX. annorum absentiam mortuus haberi possit. Cognati igitur hereditatem absentis ante LXX. annos nati, de cuius vicenaria absentia non constat, petentes minime repellendi sunt,

D 3

neque

5) In *Append. num. II. adiecto.*7) In §. 10. *Diss. supra n. 18. ad*6) *Conf. Ill. WIESANDIVS in §. II. allegatae.*cit. *Diss. de cura bonor. absent. §. 12.*



neque, vt demonstrent, absentem cognatum post quinquagesimum demum annum discessisse, necesse est. Haec potius tenenda regula, authentica Principis interpretatione ⁸⁾ confirmata, eos, qui ante annum aetatis sexagesimum quintum exactum quocunque tempore domicilium, quod in his terris habebant, dereliquerunt, statim anno a natiuitate septuagesimo praeterlapso mortuos hodie adhuc apud nos iure censer.

III. Omnibus, qui tempore promulgatae legis iam vltra XV. annos abfuerant, nec interea LXX. aetatis annum, tamquam vltimum vitae praesumendae terminum, transegerant, spatium adhuc V. annorum indultum esse, quo demum elapso mortui haberentur. Quo quidem beneficio omnis iniquitatis species, quae ex noua legislatione ad praeteritum tempus extenta forte alicui nasci videretur, prorsus sublata fuit, factaque satis copia absentibus per integrum quinquennium aut redeundi in patriam, aut litteras nuntiumue de vita sua ac commemoratione ad cognatos vel magistratum pristini domicilii deserti mittendi, aut rerum suarum ibi relictarum curam constitutis procuratoribus suscipiendi. Haec ipsa vero clausula legi adiecta ab initio et multis iudicibus, et ipsis passim dicafteriis ambigua visa est. Nam vtrum sub verbis: „*welche sich bey Publication dieses Mandats bereits über 15. Jahr abwesend befinden,*“ ii quoque, qui tum vltra XX. annos iam abfuerant, intelligendi essent? valde dubitabatur. Hinc ex nostris iudicibus haud pauci, gratiam legislatoris de expectando quinquennio ad eos rantum

8) In Rescripto d. 21 Septembr. 1780. (in Append. num. II.) verbis: „da nach Maafsgabe derselben das 70. Jahr, außerhalb des am Schlusse des Mandates bemerkten Falles (nempe si quis post LXV. annum abiit, vbi

quinquennii veniam adhuc habet) — zum letzten Termine der Abwesenheit, nach dessen Ablaufe ein jeder für tod geachtet werden soll, festgesetzt bleibt.“

tantum, qui XV. XVI. XVII. XVIII. aut maxime XIX. annos ante propositam legem patriam reliquerint, restrictam esse, neque ad illos, qui ante XX. XXX. pluresue annos abierint, spectare rati, citationes edictales ad absentes, qui per XX. annos et ultra disparuerant, eorumque heredes conuocandos, lapsu quinquennii a publicata lege non expectato, frequenter emiserunt, inanem profecto rem agentes, cum mortis praesumptione in omnibus, qui annum LXX. aetatis nondum transegerant, hac clausula per quinquennale spatium suspensa, neque mors absentis publice citati declarari, neque eius cognatis hereditas adiudicari sententia posset, sed potius, horum petitioni intempestivae nondum locum esse, hac fere formula:

„Dass N. N. Suchen (aut die angebrachte Ungehorsamsbeschuldigung) noch zur Zeit nicht statt hat, sondern es ist nach Ablauf einer fünfjährigen Frist von Zeit der Publication des gnädigsten Mandates die Curam Absentiam betr. vom 13. Nov. 1779. an gerechnet, daferne nicht der abwesende N. immittelst das 70ste Jahr seines Alters erreicht, zuvörderst mit Erlassung anderweiter Edictalien gebührend zu verfahren etc.“ a Collegiis ICtorum patriis pronuntiaretur, non sine Summi Principis approbatione, quae cum e rescriptis, quibus appellationes contra tales sententias interpositas reiectas esse recordamur, tum ex authentica interpretatione in Rescripto die XXI. Septembris a. c1010CCLXXX. ad Scabios Lipsienses, postea etiam ad Collegia Vitembergensia misso ⁹⁾ facta, luculenter apparebat. Ceterum sententias, quas, antequam vera mens Principis innotuisset, in contrarium sensum forte latas viresque rei iudicatae nactas esse contigit, tamquam nullas impugnari posse, haud existimauerim.

Nam

9) Cuius copia in *Append. num. III.* in cit. *Diff. de cura bonor. absent.* §. habetur. Conf. III. WIESANDIUS 12. 23.



Nam ea tantum sententia nulla dicitur, quae claris ac disertis legibus, de quarum sensu genuino plane non dubitatur, aperte repugnat ¹⁰⁾.

§. IV.

b) Partim a defectu scientiae de absente.

At enim vero solum lapsum temporis, intra quod civis abfuit vel septuagesimum aetatis annum in terris peregrinis transegit, ad mortis eiusdem praesumptionem inducendam haud sufficere, ex rei natura et ipsa sana ratione satis intelligitur. Quomodo, quaeso, eum disparuisse, et quasi fama ac memoria suorum popularium excidisse (*verschollen*) dicamus, de cuius vita ac commoratione vel saepius vel nuper adhuc ad cognatos eius aut magistratum nuntius peruenit? quomodo eum curam rerum iuriumque in patria ad se pertinentium prorsus neglexisse putemus, qui, licet nondum reuersus, tamen de se suaque fortuna ad cognatos, amicos, procuratores, iudicemve pristini domicilii interim quandoque retulit? quomodo eum mortuum fingamus, quem paullo ante adhuc viuere audiimus? Omnes potius, quotquot inspicere mihi licuit, leges de absente mortuo declarando variis in terris locisque sancitae, ad tempus absentiae vel aetatem absentis, antequam is mortuus haberi possit, hoc accedere volunt, ut omnis de eius vita et commoratione praesenti scientia in pristino domicilio, quod deseruit, prorsus defecerit, et ob hanc ipsam causam de eius vita ibidem haecenus dubitatum fuerit. Neque alia mens legi patriae inest, quae ciuem Saxoniae post vicennariam absentiam

¹⁰⁾ L. 1. §. 2. D. Quae sentent. sine appellat. rescind. et L. 2. C. Quando prouocat. n. est necess.

sentiam mortuum declarari iubet. Ita enim ibi scriptum est¹⁾:
*„Dass in Zukunft ein Jeder Unserer Unterthanen, der sich von hier
 in die Fremde gewendet, oder noch wenden würde, und binnen denen
 letztern 20 Jahren keine Nachricht von seinem Leben und Aufent-
 halt an seine nächsten Anverwandten, oder die Obrigkeit des Orts,
 an welchem er sich zuletzt aufgehalten, oder wo sein Vermögen be-
 findlich, gegeben, nach Ablauf dieser 20 Jahre, (welche von dem
 Tage an, da man die letzte Nachricht von dem Abwesenden erhal-
 ten, oder wenn man während seiner Abwesenheit überall keine von
 ihm gehabt, von dem Tage, da er weggegangen, oder vermisst
 worden, zu rechnen sind) — für tod geachtet — werden — soll.
 Quae sanctio ne minus recte intelligatur et applicetur, ante
 omnia notandum est discrimen, quod inter illum, qui pro-
 pter absentiam XX. annorum, eumue, qui ob aetatem septua-
 genariam mortuus censi debet, ibi deprehenditur. Scilicet,
 ut de hoc primum dicam, in septuagenario absente lex non exi-
 git certum tempus, intra quod nulla de eo notitia in patriam
 peruenerit, sed anni aetatis septuagesimi finem vltimum prae-
 sumendae vitae terminum simpliciter definit, iis tantum ex-
 ceptis, qui post annum demum LXV. e patria egressi sunt,
 quippe quibus spatium quinquennale, de quo supra (§. III.
 num. II.) diximus, a momento abitus adhuc competit. Vo-
 luit igitur summus Legislator, veteris iuris rigori hac in re in-
 haerens, ut ciuis Saxoniae in peregrinis terris, etsi non per
 integrum vicennium degens, qui ob negligentiam mortuis
 hominibus aequiparari nolit, si non prius, certe ante annum
 septuagesimum exactum de se suaque vita in patriam referat.
 Itaque non dubitant Collegia iuridica ob clara legis verba:
 „Sobald er das 70ste Jahr erreicht hat“ talem, aetate eius septua-
 genaria*

1) Cit. Mandat. d. Verkürz. d. Curas Absent. betr, pag. 3. sqq.



genaria per testimonium natiuitatis fide dignum ex libris ecclesiae publicis exhibitum aut alio iusto modo probata, nisi forte de praesenti eiusdem vita statim constet, et per edictalem citationem vocare, et contumacem mortuum declarare: nec antea a cognatis aliisque, qui id petierunt, ut suam de eius vita ac commoratione ignorantiam demonstrent aut iureiurando confirmant, exigere solent.

Sed longe aliter res se habet in illis, qui non ob senectutem, sed ob diuturnam absentiam mortui censentur. Nam his vicennium, ex cuius lapsu mortis praesumptio oritur, non prius, quam vel eo die, quo ultimus de iis nuntius in patriam peruenerit, (*von dem Tage an, da man die letzte Nachricht von dem Abwesenden erhalten*) vel si post abitum nihil unquam amplius de iisdem ibi compertum fuerit, a die, quo primum e suorum cognatorum, amicorum, popularium conspectu abesse coeperint, (*oder, wenn man während seiner Abwesenheit überall keine von ihm gehabt, von dem Tage, da er weggegangen, oder vermisst worden*) currere incipit ²⁾. Quamobrem ut hi mortui declarari possint, non satis est, eos ante viginti annos e patria excessisse, sed hoc praeterea certum sit oportet, omnem de eorum vita ac commoratione scientiam per integrum vicennium proximum ante initium praesumptionis mortis (quod quidem, nisi plures cognati, quorum ius ex diuerso tempore aestimandum est, de potiori iure hereditario inter se contendant, in die citationis edictalis in loco publico iudicii, ubi causa pendet, affixae commode ponendum esse, quia hoc ipso momento, quo illa publice proponitur, huic praesumptioni nihil plane amplius deesse debet, Ordo Ictorum Lipsiensis saepius censuit) in patria prorsus defuisse.

Altunde

2) Eodem plane modo rem definiuit ius BORUSSO-BRANDENBURGICVM in *Allgem. Gesetz. f. d. Preuss. Staat. Vol. IV. pag. 1138.*

Ast vnde hoc rite constabit? Sane ipsa lex modum hanc ignorantiam inuestigandi, et quando vltimus de absente nuntius allatus fuerit, indagandi non definiuit. Neque tamen credibile est, Legislatorem nudae cognatorum, qui lucri cupidine commoti absentem mortuum declarari petunt, assertioni, quod is vltra vicennium plane disparuerit, fidem haberi voluisse: quamquam non sollemni probatione opus esse, sed qualemcunque demonstrationem, vnde aliqua verisimilitudo nascitur, in hoc summario procedendi modo sufficere lubenter concesserim. Ergo si neque ipsius iudicis aut personarum iudicialium (v. c. sculteri et scabinorum in iudiciis paganis) testimoniis, neque actis publicis, quae de administratione bonorum absentis prostant, neque aliis documentis fide dignis (v. c. testamentis vel transactionibus hereditariis non recens confectis, vbi absentis ita mentio fit, vt iam tum illum disparuisse nihilque de eo amplius cognitum fuisse appareat) haec cognatorum assertio adiuuatur, res iuriurando eorum, quorum interest, quae mortis declarationem petierunt, hoc est, vel heredum, vel curatoris absentis, (nam hic quoque a cura haecenus gesta liberari cupiens interdum edictalem citationem petit) committenda erit³⁾. Quae quidem vicennariae de vita ac commoratione absentis ignorantiae demonstratio aut asseueratio religiosa cum, quod frequenter accidit, a iudice neglecta fuerit, absens in sententia definitiua adiecta conditione, si ii, quorum interest, prius de hac ignorantia iurauerint, mortuus declaratur in hunc fere modum: „*Würden N. und N. vermittelst Eides erhalten und, dass ihnen seit wenigstens 20 Jahren vom 23sten September 1790. als dem Tage, wo die fol. befindliche Edictal-Citation bey denen Gerichten zu N. oeffentlich*

E 2

lich

3) Conf. Ill. WIESANDIVS in cit. *Diss. de cura bonor. absenz.* §. 14.



lich ausgehaenget worden, zurückgerechnet, von des abwesenden N. Leben und Aufenthalte keine Nachricht zugekommen, schwören; So ist letzterer für tod zu achten etc.“ sicut ab Ordine ICTorum Lipsiensi crebro pronuntiari meminimus 4). Quodsi vero illi neque sacramentum iniunctum praestiterint, neque suam ignorantiam alia probabili ratione demonstrauerint, petitionem eorum vt intempestiuam reiici, ipsosque in expensas condemnari oportet. Consultius igitur, ni fallor, foret, ad inanes forte sumtus euitandos, iudicibus imperare, ne ad citationem absentis edictalem in posterum procedant, nisi ii, qui petunt, vel antea iurauerint, se per vicennium de vita absentis nihil percepisse, vel saltem probe admoniti de veritate dicenda, se suam de illius vita ignorantiam iureiurando, si opus videatur, salua conscientia confirmare posse, stipulata manu coram iudice professi fuerint.

| Cete-

4) In cit. *Edicto BORUSSO-BRANDENB.* d. 27. Oct. 1763. §. 22. necessitas iurandi, absente publice, sed frustra vocato, et curatori eius et heredibus simul iniuncta est: quod quidem postea in *Corp. Iur. Frideric. s. Process. Ordn.* d. 14. Apr. 1780. P. II. Tit. XIII. §. 9. ad eum, qui mortis declarationem petiit, restrictum fuit. *Constitutio FULDENSIS* ap. THOMAM in *Sistem all. Fuld. Privatrechte* T. III. p. 162. sq. *edictum SAXO-ALTENBURG.* d. 7. Dec. 1767. in II. *Samml. d. Altenb. Ges.* pag. 282. ius HERBIPOLITANVM teste SCHNEIDTIO in *Elem. Iur. Francon.* §. 145. *edictum SAXO-VINARIENSE* d. 20. Aug. 1777 ap. LOEBERVM in *Repert. d. Weimar. Land Ges.* P. I. pag. 6. ius SCHWARZBURGICVM ap. HELLBACHIVM

in *Grundriss d. Schwarzburg. Privatrechts* p. 19. et *Constitutio MECKLENBURGICA* d. 8. Mart. 1774. §. 5. et 7. in *Samml. Mecklenburg. Land. Ges. Supplem.* ad T. II. pag. 57. simile *iusiurandum* heredibus absentis imponunt. Sed iure BOHEMICO (vid. IOSEPHI II. *Hofdecret* d. 2. Ian. 1789. in *EIVS Gesetz. u. Verfass. im Iustizfache in letzten Jahre* pag. 11.) is, qui petit absentis hereditatem, probare debet: *dass der Abwesende schon durch 30 Jahre von sich nichts habe wissen lassen*. Secundum *Constitutionem SAXO-COBURGICAM* d. 2. Aug. 1767. in *Diplomat. Beytr. z. Gesetzgeb.* (Coburg. 1790. 4.) pag. 14. qui absentis hereditatem petunt, ad *iusiurandum* ignorantiae, quod descripsimus, sponte se offerre debent.

Ceterum ad mortis praesumptionem, quam ex vicennaria absentia lex deriuat, interrumpendam et suspendendam quacumque de absentis vita in patriam allata notitia, siue ore siue litteris significata, siue ad cognatos siue ad magistratum pristini domicilii aut loci siti patrimonii, siue ad aliquem popularium peruenerit, proficit. Quamquam enim verba legis: „*ein Jeder Unserer Vnterthanen, der sich — wenden würde, und binnen denen letztern 20 Jahren keine Nachricht von seinem Leben und Aufenthalt an seine naechsten Anverwandten, oder die Obrigkeit des Orts, an welchem er sich zuletzt aufgehalten, oder wo sein Vermoegen befindlich, gegeben etc.*“ ita sint concepta, vt omnem aliam notitiam, quae neque ab ipso absente eiusque iussu, neque cognatis proximis aut magistratui data est, excludere videantur, praesertim cum Legislatorem negligentiae absentium ciuium, neque mox redeuntium neque res suas curantium, rationem simul habuisse, ex ipsius sanctionis principio satis elucescat, tamen laxiorem explicationem sequendam esse, cum Ordine Ictorum Lipsiensi, quem in hunc sensum saepe iudicasse nouimus, ideo putamus, quod praeter vulgatam et aequissimam regulam, quae in caussis odiosis mitiorem sententiam praeferi suadet, etiam primaria legis ratio, in tollenda dominii incertitudine ac litium multitudine minuenda posita, (verbis: „*aber auch zugleich zu Vermeidung der Ungewissheit des Eigenthums und derer daraus entstehenden geldsplitternden Weiterungen und Prozesse, zu ordnen und festzusetzen*“ luculenter declarata) latiore interpretationem omnino admittat, et ea, quae de notitia ab ipso absente proximis cognatis vel magistratui danda ibi occurrunt, tantum exempli loco scripta esse ostendat.

CAP. II.

DE IPSA EDICTALI CITATIONE.

§. I.

Edictalis citatio ipsam mortis declarationem praecedere debet.

Quid iura nostra ad mortem absentis praesumendam requirant, haecenus vidimus. Ne autem cognati hereditatem eius eo statim momento, quo haec praesumptio incipit, consequantur, intercedit legum patriarum auctoritas, quae non nisi praeuia edictali citatione eorum, quorum interest, et lata sententia id fieri permittunt¹⁾. Nam in edicto de edictali citatione-

1) Qua in re ius nostrum cum ple-
risque legibus aliarum provinciarum
ac locorum de absentium hereditate
scriptis, v. c. cum BORUSSO-BRAN-
DENBURGICIS (cit. *Verordn. weg.*
d. Abwesend. d. 27. Oct. 1763. §. 22.
et Corp. Iur. Frideric. s. Process-Ord-
nung d. 14. Apr. 1780. P. II. Tit.
XIII. vnica exceptione circa eos, qui
ultra XL. annos disparuerunt, facta,
quippe quos ex sanctione nouissima
in Allgem. Gesetz. f. d. Preuss. Staat.
Vol. III. pag. 1142. obuia etiam abs-
que praeuia citatione edictali mortuos
declarare licet) cum SALISBURGEN-
SIBVS (cf. THOMAS in Sistem all.
Fuldish. Privatrechte Vol. III. pag.
162. sq. cum ALTENBURGENSI-
BVS in II. Samml. d. Altenb. Ges. pag.
283. cum TIGVRINIS in Samml. d.
Gesetze loebl. Stadt u. Landschaft Zü-
rich, Vol. IV. pag. 60. cum BADEN-

SIBVS in *Inhalt d. neuen Badisch.*
Gesetzgeb. pag. 653. cum PALATI-
NIS a MÜLLERO in System. Pand.
P. I. §. 404. laudatis, cum SAXO-VI-
NARIENSIBVS ap. LOEBERVUM in
Repert. P. I. pag. 6. cum SCHWARZ-
BURGICIS ap. HELLBACHIVM in
Grundriss d. Schwarzb. Privatrechts
pag. 19. cum BOHEMICIS in IO-
SEPHI II. Gesetz. u. Verfass. in Ju-
stizfache in letzzen Jahre pag. 11. cum
SPIRENSIBVS in Samml. d. Speie-
rish. Gesetze P. III. pag. 207. cum
SAXO-COBURGICIS (in Diplom.
Beytr. z. Gesetzgeb. (Coburgi, 1790. 4.
pag. 14.) conuenit. Sed Constitutio
MECKLENBURGICA a. 1774. in
Samml. Mecklenburg. Land. Ges. Sup-
piem. ad T. II. pag. 57. necessitatem
litteras edictales in hoc caussarum ge-
nere proponendi ad patrimonia ab-
sentium, quae summam C. imperia-
lium

tione ²⁾ inter causas, in quibus eiusmodi publica conuocatione opus est, disertis verbis refertur: „wenn zum Nachlass eines Verstorbenen oder eines für tod zu achtenden Abwesenden entweder gar Niemand, oder gewisse Anverwandten, als Erben sich gemeldet, und ob selbige die nächsten oder alleinigen Erben dazu sind, oder der Abwesende etwa selbst Kinder hinterlassen, oder in der Seiten-Linie mehrere, auch wohl nähere Blutsverwandten existiren moechten, ungewiss und unbekannt ist ³⁾“ Ac in altero edicto de cura absentium ⁴⁾ haec leguntur: „Dass in Zukunft ein Jeder Unserer Unterthanen, der sich von hier in die Fremde gewendet, oder noch wenden würde etc — für tod geachtet, und sein zurückgelassenes Vermögen seinen nächsten Anverwandten, als Erben verabsolget und zugeschlagen, auch solchenfalls auf Ansuchen derer letztern, mit Erlassung derer Edictal-Citationen nach der in dem wegen derer Edictal-Citationen in Civil-Sachen ausser dem Concursu Creditorum unterm 13ten Noubr. 1779 ins Land ergangenen Mandate beschriebenen Maasse verfahren werden, und die darauf einlangende Sententia praecclusiva die Wirkung haben soll etc.“ In quo postremo loco explicando nemini moram facere debet, quod citationis edictalis emittendae mentio demum post sanctionem de hereditate absentis proximis eius cognatis relin-

hium saperant, restringit, ea vero, quae minoris momenti sunt, hereditibus iureiurando asserentibus: „dass sie wirklich binnen 30 Jahren keine Nachricht von dem Abwesenden und dessen Aufenthalts-Orte gehabt“ nulla publica conuocatione antea facta, adiudicanda statuit.

2) Cit. Mand. d. Edict. Citat. betr. §. I. num. 3 b.

3) Ceterum hunc locum satis clarum non solum ad absentium, sed

etiam ad praesentiam, quorum mors certa est, hereditates pertinere, aduersus peruersam nonneminis explanationem Car. Godofr. de WINCKLER, Ordinarius nuper Lipsiensis, in Diss. Observationes ad §. I. leg. Sax. elect. nouiss. de citat. edict. in caus. civil. cont. (Lips. 1782.) euicit.

4) Cit. Mand. d. Verkürz. d. Curao Absent. betr. pag. 3 seq.



relinquenda et addicenda ibi occurrit, quasi, praesumptione mortis ob vicennii lapsum aut septuagenariam aetatem existente, ante omnia bona absentis eiusdem heredibus a curatore absentiae vel magistratu statim tradi, postea vero ad edictalem citationem iudicem progredi oporteat. Nam publicam citationem omnino praemittendam esse, ex rei natura et fine huius citationis, quippe cuius ope veri heredes indagantur, satis intelligitur: nec aliam interpretationem in ipso rerum usu sequimur.

§. II.


Cur edictali citatione opus sit?

Circa ipsam vero hanc edictalem citationem plura occurrunt momenta iure patrio definita, et a magistratu diligenter observanda, ne forte frustra fiat vocatio, non sine grauibus sumtibus denuo repetenda. Sunt autem octo: I) *Causa*. II) *Tempus*. III) *Occasio*. IV) *Competentia fori*. V) *Personae* vocandae. VI) *Argumenta*, quae inesse debent. VII) *Locus* et *modus* eam publice proponendi. VIII) *Spatium legitimum*. De singulis seorsim.

Ac *caussa* quidem, cur, antequam absens mortuus declarari et in eius bona ab heredibus succedi possit, edictalis citatio Serenissimo Legislatore omnino necessaria visa, duplex in promptu est. *Altera*, ut et ipse absens de cauendo damno, quod ex mortis declaratione ipsi imminente oritur, admo-
neatur, et omnibus, qui vel ex hereditaria, vel ex crediti aliaue quacunque causa ius aliquod in absentis bonis sibi competere existimant, quorum plerique magistratui incogniti esse solent, copia eius rite persequendi detur, ac in primis, quoniam veri sint ac proximi absentis ceu mortui hominis heredes,
pate-

patefiat. *Altera*, vt incertitudinis domini iuriumque tollendae gratia contumaces, qui in termino praefixo non compareant, iuribus suis et actionibus, siquidem in absentis patrimonium hactenus habuerint, etiam ante tempus praescriptionis elapsum per sententiam priuari possint: id quod absque praeuia conuocatione legitima ad certum terminum, in quo cuius iura sua, de quorum iactura quaeritur, exponere et demonstrare liceat, fieri omnino nefas foret. Quem finem atque effectum edictali citationi in hac aliisque causis, in quibus lex eam obseruari iubet, Legislato tribuit, dum non solum in praefamine legis de citatione edictali ita scribit: „*Wenn denn aber dem gemeinen Wesen allerdings daran gelegen, dass das Vermoegen derer Landes-Einwohner und sonderlich das Eigenthum unbeweglicher Güther und Grundstücke in moeglichste Gewisheit gesetzt, folglich auch derselben Besitzer gegen alle wahrscheinlicherweise durch Zahlung bereits abgethane, oder sonst erloschene Real-Ansprüche, wie bey Subhastationen ohnehin geschieht, sicher gestellet werden, hierbey jedoch darauf, dass dem unbilligen Verluste rechtmæssiger Forderungen hinlaenglich begegnet werde, ebenfalls Bedacht zu nehmen seyn will,*“ sed etiam in §. IV. haec: „*Wenn nun in dieser Maaße (litteris nempe edictalibus rite propositis) verfahren worden, so sollen die Aussengebliebenen, nach vorgaengiger Provocation und Ungehorsams-Beschuldigung durch einzubolendes rechtliches Erkenntniss, oder einen von dem Richter zu ertheilenden Bescheid pro praecclusis gehalten, und ihrer Ansprüche für verlustig geachtet werden etc.* addit, repetita in altero de cura absentium edicto ¹⁾ his verbis: „*mit Erlassung derer Edictal-Citationen — verfahren werden, und die darauf*

1) Cit. Mandat. die Verkürz. d. Cur. Absent. betr. pag. 4. sq.



auf eintangende *Sententia praclusiva* die Wirkung haben soll; dass nach deren Rechtskratts der Aufsengebliebene. — mit seinen Ansprüchen und Einwendungen weiter nicht gehoeret werde.“ Neque olim ante hanc sanctionem vim praclusivam cum edictali citatione in causis absentium aliisque hereditariis coniunctam, sed eiusmodi potius citationes fere otiosas fuisse, b. *Io. Flor. Rivinus* ²⁾, b. *Car. Ferdin. Hommelivs* ³⁾, b. *Car. Godofr. a Winckler* ⁴⁾, et *Ill. Kindivs* ⁵⁾ recte contendunt. Iudicis sane non tanta est potestas, vt poenam praclusionis in eos, qui ab ipso vocati die praefinito non venerunt, sine legis auctoritate statuere, iisdemque iura, quae leges ob negligentiam longo demum vel adeo longissimo praescriptionis tempore perire voluerunt, proprio ausu adimere valeat. Qua in re cum Collegia iuris domestica dissentirent, vt *Hommelivs* atque *Wincklerivs* ll. cit. referunt, necesse omnino erat, ne dubio iure respublica amplius regeretur, certa lege quaedam causarum genera definire, in quibus in posterum edictales citationes cum efficaci praclusionis comminatione proponere publicae utilitatis gratia liceret: quemadmodum ipse *Legislator Serenissimus* professus est ⁶⁾. Itaque hac noua de citatione edictali lege lata demum effectum est, vt in iudicio de

2) In *Progr. ad indicendas publicas disputationes Lipsiae 1754.* edito.

3) In *Rhapsod. Obf. CVI.* in Vol. I. pag. 165. sqq. edit. nouiss. quam *Roessigivs*, Vir consultissimus, curauit.

4) In *Not. ad BERGERI Oecon. iur.* pag. 131. edit. a. 171.

5) In cit. *Diss. de success. in bona absent.* §. 16.

6) In praefamine cit. *Mand. die Edict. Citat. betr.* verbis: „Wasmassen bis anhero wahrzunehmen gewesen, dass in denen Faellen, da ausserhalb des *Concurfus Creditorum* in *Civil-Sachen* die *Edictal-Citation* unbekannter Interessenten gesucht und bewilliget worden, über die rechtliche Wirkung solcher oeffentlicher Vorladung Zweifel entstanden, und das dieserhalb eingeholte rechtliche Erkenntnis verschiedentlich ausgefallen.“

de mortis absentis declaratione eiusdemque hereditate habendo aliisque ibi commemoratis causis ii, quorum interest, sub poena praecclusionis publice conuocari possint.

§. III.

Tempus citationis edictalis proponendae.

Quod ad *tempus* attinet, quo haec publica citatio propter absentiam eius, de cuius vita ac morte dubitatur, emittenda est, iam ex eiusdem causa ac fine luculenter apparet, ei non prius locum esse, quam praesumptio iuris de illius morte incipiat, hoc est, vel vicennio ab eius discessu, eoque momento, quo ultimus de ipso nuntius in patriam peruenerat, effluxo, vel anno ab eiusdem natiuitate septuagesimo transacto, vel, si post LXV. aetatis annum abierit, quinquennio praeterlapso. Hoc innunt, quae in edicto de cura absentium ¹⁾ post sanctionem de praesumptione mortis sequuntur, verba: „auch solchenfalls — mit Erlassung derer Edictal-Citationen — verfahren werden.“ Quae citius fit, intempestiua est et ipso iure nulla, nec ad mortem absentis declarandam heredibus proficua, sed post legitimum demum tempus omnino iteranda. Nam quo, quaeso, iure hominem, qui adhuc viuere praesumitur, mortuum pronuntiare eiusque cognatos hereditatis, quae nondum existit, consequendae gratia conuocare liceat?

§. IV.

O c c a s i o.

Contra non peccat iudex, qui, legitima mortis praesumptione nata, ad edictalem citationem nemine petente non statim

F 2

pro-

1) Cit. Mand. d. Verkürz. d. Curae absent. betr. pag. 4.



procedit. Lex¹⁾ enim iubet id ad preces cognatorum fieri, qui heredes absentis se gerunt. Horum vero multos siue rei ignaros, siue in proprio commodo quaerendo paullo negligentiores, post plures demum annos a tempore praesumptae mortis magistratum edictalis citationis emittendae causa adire solere, quotidiana docet experientia²⁾. Sed hoc, quod dixi, legem nostram velle, vt iudex petentibus cognatis succurrat, non ita capiendum esse, quasi solis cognatis id petere, nec aliter, nisi praeuia hac petitione, talem citationem proponere iudici liceat, vel ex ipsa lege de edictali citatione³⁾, quae publicae conuocationi etiam tum, quando nemo heredum absentis nomen suum apud magistratum professus fuerit, locum esse statuit, satis perspicitur. Quapropter, quae sit iusta eiusmodi conuocationis *occafio*, ex illius fine ac ipsa rei natura cognosci debet. Scilicet cum mortis praesumptae non alius, quam verae, effectus legitimus esse possit, morte vero hominis et cura, sub qua vel ipse, vel bona eius haectenus fuerunt, finiatur, et patrimonium illius ad heredes transferatur, facile intelligitur, non eorum tantum, qui absentis heredes esse cupiunt, sed etiam eius curatoris et ipsius adeo magistratus interesse, vt absens praeuia edictali citatione mortuus declaretur. Ergo edictalis citatio, existente mortis absentis praesumptione, a magistratu recte emittitur:

I. Si,

1) *Ibid.* pag. 4. verbis: „auf Ansuchen derer letztern mit Erlassung derer Edictal Citationen — verfabren werden soll.“

2) Iure BORUSSO-BRANDENBURGICO magistratus arbitrio relictum est, cognatos absentis sponte non venientes, ac, nullis, quantum constat, extantibus, curatorem ab-

sentis de petenda mortis declaratione admonere. Vid. cit. *Allgem. Gesetzbuch f. d. Preuss. Staat.* Vol. IV. pag. 1133.

3) Cit. *Mand. d. Edict. Citat. betr.* §. I. num. 2 b verbis: „zum Nachlaß eines Verstorbenen, oder eines für tod zu achtenden Abwesenden, entweder gar Niemand — sich gemeldet etc.“

I. Si, quod plerumque accidit, petunt *cognati*, qui se absentis heredes dicunt. Horum enim maxime interest, se veros ac proximos illius heredes declarari, et aduersus aliorum contradictionem praecclusiua sententia securos reddi. Quid vero si hi, qui hereditatis adeundae causa sponte venerunt, se solos et proximos heredes cognationis iure esse, ex testimoniis ecclesiasticis statim demonstraturi, citationem, quo tempori sumtibusque parcatur, vt superfluum declinare velint, ad verba edicti ⁴⁾: „zum Nachlass eines Verstorbenen oder eines für todt zu achtenden Abwesenden entweder gar Niemand, oder gewisse Anverwandten als Erben sich gemeldet, und ob selbige die nächsten oder alleinigen Erben dazu sind, oder der Abwesende etwa selbst Kinder hinterlassen, oder in der Seitenlinie mehrere, auch wohl nähere Blutsverwandten existiren möchten, ungewiss und unbekannt ist“ prouocantes, et cum heredes non amplius incerti sint atque incogniti, legis sanctionem vim suam perdere praetexentes? Nihilominus tamen necessitate publicae conuocationis supersedere non possumus, partim quia mortis absentis declaratio aliter fieri nequit, partim quia, an absens in loco, vbi forte commoratur, liberos habeat, vel mortuus reliquerit? aut cum testamento vel pacto successorio decesserit? ignoratur.

II. Si quis *ex testamento aut pacto successorio* absentis succedere velit. (Nam testamentarii quoque ac pactitii heredes admittendi sunt.) Huic quippe, quae in lege nostra de incertitudine veri heredis citationis edictalis causa dicta sunt, omnino conueniunt, cum valor testamenti aut pacti successorii, vnde ille ius suum hereditarium ducit, a cognatis forte impugnari possit.

III. Ad preces *curatoris absentiae*. Huius enim cum multum interfit, se a cura morte absentis praesumpta finita liberari, poterit.

4) *Ibid.*



poterit is eodem iure, quo ceteri curatores aequae ac tutores utuntur, petere, ut onere administrationis deposito et rationibus disunctis ac approbatis, accepta apocha ab omni actione tutus praestetur.

IV. Nemine petente, elapso tamen mortis praesumptae termino, *iudex sponte*, siue, quod vulgo dicunt, *ex officio* citationem edictalem decernere potest, immo debet. Nam ut taceam, de fisci commodo a magistratu haud negligendo, ob ius bona vacantia nullis heredibus extantibus sibi vindicandi, saepius hic quaeri, ipsa legum patriarum ratio, quae, quo certiora rerum dominia in ciuitate fiant, absentem praecedente publica citatione mortuum declarari, eiusdemque bona heredibus relinqui vult, id maxime suadet.

Ceterum nisi alia idonea causa in promptu sit, solam *creditorum* petitionem ad eiusmodi citationem decernendam haud sufficere arbitror. Quid enim quaeso creditorum absentis interest, hunc mortuum declarari? Sane illos iura sua aequae contra absentis curatorem, ac aduersus eius heredes persequi posse, nemo ambigit.

§. V.

Iudex competens quis?

Quaecunque publica magistratus auctoritate fiunt, valide ac legitime facta, siquidem causae cognitionem coniunctam habeant, non censerentur, nisi a competente iudice intra fines suae iurisdictionis peracta fuerint, adeo tritum est et vulgatum, ut nulla egeat demonstratione. Ex quo consequitur, non a quocunque magistratu, sed ab eo, cui facultas de absente eiusve bonis cognoscendi competit, edictalem citationem in hoc causa-

causarum genere cum efficacia proponi posse¹⁾. Vnde vero haec *fori competentia* aestimanda sit, Serenissimus Legislator noster, etsi non verbis plane disertis, tamen implicitis significavit, dum in ea legis de cura absentium particula²⁾, in qua de mortis praesumptione per nuntium de vita et commoratione absentis cognatis eius vel iudici allatum impedienda agitur, magistratus vel pristini domicilii absentis (*die Obrigkeit des Orts, an welchem er sich zuletzt aufgehalten*) vel loci, in quo bona absentis sita sunt, (*oder wo sein Vermögen befindlich*) mentionem fecit. Scilicet duplex in patria, ex qua discessit, forum absens adhuc habere intelligitur, alterum pristini domicilii, in quo disparuit, (nam hoc quodammodo perdurat, donec de noui domicilii constitutione certo constet) alterum rei sitae, in quo bona vel ab eo relicta, cum abiret, vel ipsi etiam inscio postea quaesita reperiuntur, quod quidem ab eo tempore, quo mortuus esse ille praesumitur, quasi iacentis hereditatis forum esse incipit. Vterque igitur iudex, et pristini domicilii, cum forum domicilii vniuersale sit, ac ad omnes causas, paucis exceptis, pertineat³⁾, et loci, in quo res absentis, de quibus solis in hoc edictali iudicio quaeritur, occurrunt, potestate absentem omnesque, quorum interest, eum mortuum declarari, publice conuocandi omnino pollet. Quis vero iudex alteri praefereendus sit, ex regulis iuris patrii de facultate absentibus curato-

1) In terris *Salisburgensibus* ea res solius Consilii principis aulici auctoritate peragitur. Vid. ZAVNERI *Auszug d. Salzburg. Landesges.* P. I. pag. 57. Ius BORVCSO - BRANDENBURGICVM (vid. *Corp. Iur. Frideric. s. Process-Ordn.* d. 14. Apr. 1780. P. II. Tit. XIII. §. 2.) hoc negotium iudici ultimi domicilii, in quo absens istis

in terris degerat, aut, si tale nullibi habuerit, foro originis relinquit.

2) Cit. *Mand. d. Verkürz. d. Cur. Absenz. betr.* pag. 4.

3) L. 19. §. ult. D. de iudic. L. vn. C. Vbi de hereditate etc. Cap. 17. X. de foro compet.



curatores dari in Ordinatione tutelari ⁴⁾ his verbis: „Die Bevormundung eines Abwesenden gehöret in der Regel für denjenigen Richter, welchem derselbe, ehe er abwesend worden, für seine Person unmittelbar unterworfen gewesen. Jedoch kann der Richter, unter welchem des Abwesenden Vermögen befindlich ist, demselben einen Vormund bestellen, wenn der Abwesende weder ein forum privilegiatum, noch domicilii innerhalb hiesiger Lande gehabt hat, oder solches gänzlich unbekannt, oder auch das forum privilegiatum durch dessen Entweichung erloschen ist, wobey in Faellen, da eines solchen Abwesenden Vermögen unter verschiedener Gerichtsbarkeit befindlich seyn sollte, an Unsere Landes- und resp. die Stiffts-Regierungen Bericht erstattet, und von derselben, welcher Richter den Vormund bestellen solle, angeordnet wird, wie es denn auch, so viel die Militair-Personen anbelangt, dabey bewendet, was ihrenthalben überhaupt Cap. I. §. 7. ⁵⁾ verordnet ist,“ traditis optime, ni fallor, cognoscitur. Nempe magistratus, cui suprema cura (Obervormundschaft) in absentis bonis concessa est, non potest non competens eiusdem iudex his quidem in terris prae aliis ceneri.

§. VI.

Personae conuocandae.

Inter personas hac edictali citatione ideo conuocandas, quo iura sua in bona absentis persequendi copiam nanciscantur, et commonefacti periculum ea ob negligentiam amittendi euitare possint, primum omnino locum ipse *absens* occupat, de cuius morte ac hereditate nunc agitur. Nemo enim est, cui ex futura

4) Churfürstliche allgemeine Vormundschafts-Ordnung d. 10. Octobr. 1782. Cap. XXV. §. 4.

5) Cum quo loco conferri debent quae in Churfürstl. Kriegs- Gerichts-Reglement d. 23. Ian. 1789. Sect. IV. sancita sunt.

futura mortis declaratione, propter quam hoc edictale iudicium, quo iuribus viui hominis in patria ille priuandus est, instituitur, maius damnum immineat. Itaque ne quasi inauditus condemnatus videatur, certus dies ipsi praefigendus est, quo elapso, ni mortis praesumptionem vitae suae veritate eliferit, inter mortuos referatur, eiusdemque bona instar hereditatis cognatis addicantur. Quod quidem, quoniam per se patet, adeo verum habetur, vt legum nostrarum conditorum ne opus quidem visum fuerit, expressam eius rei mentionem facere ¹⁾. Hinc citatio edictalis, in qua ipse quoque absens statuto die comparere haud iussus est, adeo nulla et inefficax habenda, vt neque is mortuus declarari, neque eius bona heredibus adiudicari possint, sed omnia, quae in termino praefixo acta sunt, frustra facta intelligantur.

Post absentem vocandi sunt, qui siue cognationis siue alia ex causa illius ceu mortui hominis *hereditatem petendi ius* aut *habent*, aut *se habere existimant*. Etenim quam maxime interest scire, (quod raro ab initio statim constat) quinam sint veri, proximi, et soli eius heredes, imprimis cum de praeccludendis iis, qui constituto die tales se non professi sunt, hic agatur: quod quidem ante elapsam praescriptionis tempus, quo ius hereditarium extinguitur, iuste fieri non potest, nisi illis de iure suo persequendo et cauendo damno antea publice admonitis

1) At aliarum passim prouinciarum legibus, v. c. BORUSSO-BRANDENBURG. in *Corp. Iur. Frideric. s. Process. Ordn.* d. 14. Apr. 1780. (Berol. 1781. 8.) P. II. Tit. XIII. §. 6. PALATINIS ap. MÜLLERVM in *System. Pand.* P. I. §. 404. Edicto SAXO-VINARIENSI ap. LOEBERVM in *Repert.* P. I. pag. 6. *Constitutione MECLEN-*

BURGICA in *Samml. der Mecklenb. Land. Ges.* Supplem. ad T. II. pag. 57. lege a IOSEPHO II. BOHEMIS scripta in *EIVS Gesetz. u. Verfass. im Justizfache im letzt. Jahre* pag. 11. et Edicto SAXO-COBURGICO in *Diplom. Beytr. z. Gesetzgeb.* pag. 14. expresse cautum, vt ipse quoque absens citetur.



tis. Quapropter Serenissimus Legislator citationi edictali locum esse voluit²⁾: „wenn — zum Nachlasse eines Verstorbenen oder eines für tod zu achtenden Abwesenden entweder gar Niemand, oder gewisse Anverwandten, als Erben, sich gemeldet, und, ob selbige die nächsten oder alleinigen Erben dazu sind, oder der Abwesende etwa selbst Kinder hinterlassen, oder in der Seiten-Linie mehrere auch wohl nähere Blutsverwandten existiren möchten, ungewiss und unbekannt ist.“ Cum autem eorum, qui hereditatem absentis appetunt, alii iudici iam noti, alii vero plerumque incogniti atque incerti esse soleant, vtrumque genus (*alle bekannte und unbekante*) in hac citatione necessario exprimi oportet. Sed neque cognitorum nomina inferere, neque eos praeter hanc publicam conuocationem singulos adhuc aut per litteras patentes seorsim citare opus est: immo eiusmodi priuata citationis repetitio plane superflua ac illicita foret, quippe disertae sanctioni *Ord. Proc. Sax. Rec. ad Tit. XLI. §. 2.* vbi iudicibus separata et priuata creditorum cognitorum ad iudicium concursus vocatio interdicta est, (ad quem locum in seruanda cuiusvis citationis edictalis in causis ciuilibus forma lex patria novissima³⁾ magistratus ablegauit) omnino aduersa. Pertinet potius haec edictalis citatio eiusque effectus aequae ad cognitos, ac ad incognitos absentis heredes, iis tantum exceptis cognatis, quos quidem existere certum, locus vero commorationis incertus, de quibus lex nostra de edictali citatione §. II. haec disposuit: „auch insbesondere deren (i. e. edictalis citationis) Wirkung in dem im vorstehenden §. I. sub No. 3. lit. b. angegebenen Falle (qui casus absentis quoque hereditatem in se comprehendit) auf solcherley Anverwandten, deren Existenz zwar bekannt, der Ort ihres Aufenthalts hingegen, zur Zeit des Anfalls der Erbschaft,

2) Cit. Mand. die Edict. Citat. betr.
§. I. num. 3.

3) Ibid. §. III.

schaft, unbekannt, nicht zu erstrecken, inmassen letzteren durch Bestätigung Curatorum absentiae vorzusehen ist.“ Vult enim lex, his, cessante edictalis citationis rigore, a magistratu constitutis curatoribus absentiae prospici. Quid vero si talis curator absentiae terminum in edictali citatione omnibus heredibus praefinitum sua culpa neglexerit? Tum ea quidem, quae in eiusdem legis §. IV. de eorum, qui beneficio restitutionis in integrum fruuntur, contumacia ac iure aduersus curatores negligentes dicta sunt, locum habere, res ipsa loqui videtur. Ceterum alium adhuc, praeter edictalem citationem, incertos atque incognitos absentis heredes eruendi modum proposuit Serenissimus Legislato, dum in eiusdem legis §. II. eos, qui litteras edictales a magistratu petunt, vt in personis adhuc incognitis, quibus forte iura in bona absentis competant, indagandis omnem ipsi adhibeant diligentiam, his verbis: „*Also hat zwar derjenige, welcher dergleichen Edictales auszubringen gedenket, in Erforschung derer unbekanntten Interessenten, die etwa einen Anspruch machen könnten, gehörige Sorgfalt anzuwenden*“ ferio admonuit: eundem tamen hoc ad iudicium de absentis bonis ac hereditate legitime habendum non omnino necessarium duxisse, ex clausula statim adiecta: „*jedoch soll dessen Anzeige und Versicherung, dass er hierunter allen Fleiss angewendet habe, zu Erlassung der gebetenen Edictalien hinlänglich seyn*“ colligere licet. Quare hoc officio, vt tantum non semper fit, neglecto, id contumacibus, qui in termino praefixo haud comparuerunt, aduersus edictalis citationis rigorem minime prodest.

Tandem *creditores* quoque absentis et quoscunque alios, quibus vlla ex causa ius aliquod in huius bonis competit, et cognitos et incognitos, simul publice vocari, non quidem lex expressa, sed ratio iudicii vniuersalis, quod super bonis absentis habitum iri hac citatione edictali nuntiatur, iubet. Et



enim cum nulla hereditas, nisi deducto aere alieno, intelligatur, cognati aliiue, qui appetunt absentis hereditatem, nihil eo nomine consequi possunt, quam quod, postquam iis, quibus inde aliquid debetur, satisfactum sit, superest. Vt igitur constet, vtrum vera aliqua hereditas existat, nec ne? et quanta sit? omnes omnino creditores instar iudicii concursus vniuersalis vna cum ipsis futuris heredibus conuocandi sunt et admonendi, vt in praefixo termino iura sua exponant, alias eorum iacturam passuri.

Ergo haec publica conuocatio aequae heredibus, ac creditoribus absentis siue cognitis siue incognitis communis est: vnde consueta et sollemnis in litteris edictalibus formula, qua: „*alle diejenigen, welche an des abwesenden N. Vermögen ex capite hereditatis vel crediti vel alio quocunque Ansprüche zu haben vermeynen*“ comparere iubentur.

Antequam vero hunc de personis conuocandis locum deferamus, duae adhuc quaestiunculae nobis se offerunt excutiendae, *altera*: Vtrum *curatoris* quoque *absentis* expressa mentio in edictali citatione facienda sit? *altera*: An *vna* citatio edictalis de *plurium absentium* patrimoniis simul rite emitti possit?

Ac *prior* quidem mihi omnino neganda videtur. Quamquam enim curator absentis haud raro sponte in termino praefixo comparete soleat, tamen nec necesse est, nec consuetum, eundem expressis verbis vocari. Nam siue absentis defendendi causa, citatione forte intempestiue, cum mortis praesumptio nondum existeret, proposita, compareat, personam absentis legitime vocati repraesentat, siue cura eius ob iam natam mortis praesumptionem finita, proprii iuris actione tutelae vtili contraria persequendi gratia veniat, numero credito-
rum

rum in litteris edictalibus in vniuersum vocatorum eundem iam comprehendi, quis dubitet?


Altera, quae saepius incidit, (nihil enim in foris nostris frequentius, quam vnam eandemque citationem edictalem de pluribus absentibus simul proponi) maiori premitur difficultate. Nam quo magis haec conuocandi forma a recepta cuiusuis citationis ratione ac indole recedit, ob quam, ne res atque negotia plane separata misceantur, plures simul personas litis non confortes ad diuersa iudicia habenda vocare nefas est, quamque iudici propria auctoritate deferere haud licet: tanto magis nihilo fecius ea ad minuendos sumtus admodum graues cum publica affixione litterarum edictalium in terris passim peregrinis coniunctos⁴⁾, quibus ferendis curta absentium suppellex quandoque vix par est, multum conducit. Quapropter mos nostrorum iudicum, plures absentes, de quorum parua hereditate quaeritur, vna citatione edictali interdum completendi, nulla lege expressa prohibente, aequitatis, immo necessitatis causa omnino tolerandus videtur, quando tam exigua eorum patrimonia deprehenduntur, vt vel singula ad impensas in separatas citationes edictales faciendas haud sufficiant, vel his solutis parum aut nihil ex toto asse heredibus superfit. Quam sententiam dicasteria patria sequi solent. Ceterum aequa omnino esse videtur reique maxime conueniens

G 3

niens

4) Ex multis, quae mihi obuenerunt, exemplis immodicarum impensarum in affixionem citationis edictalis peregre missae factarum vnum referam valde commemorabile, quod nuperrime ex actis iudicii Baruthini in Lusatia superiori de hereditate coniugum Wobstiorum cognoui. Missae scilicet erant litterae edictales ad iudicium ciuitatis Amstelodamensis ob

suspicionem de heredibus in Batavia forte commorantibus, pro quarum affixione semel, at ne rite quidem, sed frustra ibidem facta, summa septuaginta quinque florenorum et duorum stuenerorum Batauorum, quae quadraginta imperiales et vnum ac viginti grossos nostrae monetae efficit, (dictu horrendum!) a magistratu Amstelodamensi exigebatur.



niens sanctio, quae hac de re in iure BORUSSO-BRANDENBURGICO *) occurrit.

§. VII.

Argumenta citationis edictalis.

Iam quae rerum *argumenta* inesse debeant citationi edictali in causa absentis emittendae, ne ea inutilis sit, sed suo potius fini plane accommodata, videamus. Ac primo quidem continere debet sufficientem et accuratam *personae absentis descriptionem* quoad eius praenomen ac cognomen, patrem, tempus natiuitatis, patriam, et conditionem, quam ille ante discessum habebat. Quod quidem etsi non ad formam lege praescriptam requiritur, tamen probationis et certitudinis causa plerumque necesse est, ne falsa forte persona mortua declaretur, aut absentis bona aliis, quam veris eius heredibus, addicantur. Solus error leuis in conditione absentis, (v. c. si quis sutor appellatus est, qui sartor erat) aut in praenomine (e. g. si Christophorus dictus in litteris edictalibus, qui Christiani nomen in sacro lauacro acceperat) commissus haud nocet, nec mortis declarationem moratur, dummodo ex ceteris, quae ex actis cognoscuntur, momentis de absentis persona satis constet. Si dubium adhuc superfit, aliis modis certitudinem demonstrandi deficientibus, iureiurando heredum

*) In Corp. Iur. Frideric. s. Process-Ordnung d. 14. Apr. 1780. P. II. Tit. XIII. §. 13. vbi ita: „Zu Ersparung der Kosten einer solchen öffentlichen Vorladung können die Gerichte, wenn das Vermögen des Verschollenen nicht wenigstens hundert Thaler beträgt, die Erlassung der Citation, in so fern

die Interessenten nicht ein anders ausdrücklich bitten, so lange aussetzen, bis noch ein zweyter oder mehrere Fälle, wo die aufzubietende Vermögensbestände zusammengenommen, wenigstens die Summe von hundert Thalern erreichen, bey ihnen vorkommen.“

redum de credulitate illud tolli aequum videtur. Noni sane exempla, heredes in sententia ita iurare iustos esse: „Dass sie nicht anders wissen, glauben und dafür halten, als dass die in denen fol. erlassenen Edictalien als abwesend angegebene Person mit der in dem Kirchenzeugnisse fol. bemerkten einerley sey“

Deinde *praesumptio mortis* absentis ex eius diuturna absentia vel septuagenaria aetate nata alleganda est, vt caussa et occasio citationis publice propositae lectoribus statim pateat.

Porro certus *terminus*, qui non sit iusto angustior, sed *triplex spatium Saxonicum* complectatur, (de qua re mox in §. IX. plura) definiendus est, quo omnes, quorum interest, absentem mortuum declarari, et de eius hereditate quaeri, in iudicio conueniant, et iura sua exponant. Omnis quippe citatio effectu caret, quae rei peragendae certum diem non statuit. Huic addi oportet *diem futurae sententiae publicandae*, ipsa lege his verbis expressis¹⁾: „darinnen zugleich des Termin zur Publication des Urtheils oder Abschiedes bekannt gemacht“ iubente, ne noua litterarum edictalium repetitione, qua tempus sumtusque perduntur, opus sit. At *inrotulationis* quoque actorum mentionem facere eique certum terminum constituere, ad formam haud necesse est, nec hac lege praescriptum, neque tamen prorsus inutile. Quare non peccant iudices, qui, sicut plerumque fit, forte sanctionem *Ord. Proc. recogn. ad Tit. XXXIV. §. 1.* etiam in hoc caussarum genere non neglegendam esse rati, diem futurae inrotulationis actorum adiiciunt. Sed peccaret profecto, qui hac mentione in citatione principali omissa, nouis litteris edictalibus solius inrotulationis indicendae caussa propositis sumtus frustra augetet.

Tum

1) *Cit. Mand. d. Edict. Citat. betr. §. III.*



Tum *personarum conuocandarum*, de quibus §. VI. diximus, mentio facienda est.

Inprimis autem necesse est *poenas contumaciae* comminari iis, qui, cum ipsorum interesset, in futuro tamen termino praefixo non comparuerint. Cum enim in ius vocatio, quae sine certo praedictio fit, tantum dilatoria, non peremptoria censeatur, non potest citatio edictalis, in qua contumaciae poenae nullae propositae sunt, vim praecclusiuam habere, sed plane inanis foret talis conuocatio publica, et necessario repetenda: quod quidem regulae iuris patrii recentioris, quae in quocunque iudicio (paucis causis exceptis) primam statim citationem peremptoriam et cum primario praedictio coniunctam esse vult²⁾ aduersaretur. Harum vero contumaciae poenarum (praedictio vocant) duae in ipsa lege patria de edictali citatione expressis verbis³⁾ statutae sunt, privatio iurium, et amissio beneficii restitutionis in integrum: tertiam, damnum nempe ex futura mortis declaratione imminens, finis huius citationis rei que natura suppeditat. Scilicet duae priores poenae ad heredes ac creditores absentis omnesque, quibus ius aliquod in bonis absentis competit, pertinent. Secunda, iactura nempe beneficii restitutionis in integrum, ipsi absentis cum illis communis est. Sed prima, quae praecclusionem minatur, huic non aequae, ac eius heredibus et creditoribus conuenit, siquidem propria et consueta loquendi ratione

2) Vid. *Ord. Proc. Sax. recogn. ad Tit. IV. §. 1. et ad Tit. X. §. 2.* ad quae loca Legislator in lege nostra ipse prouocauit.

3) *Cit. Mand. d. Edict. Citaz. betr. §. III. verbis: „Was hiernächst die*

Art. n. Weise, wie mit Erlassung dergleichen Edictalien zu verfahren anlangt, so sollen solche — sub poena praecclusi, und bey Verlust der erwandigen Ansprüche, auch des beneficii restitutionis in integrum erlassen — werden.“

tione v amur, cum incommodum, cuius auertendi caussa ab-
sensus citatur, sit mortis eius declaratio. Ergo necessitas ab-
sentem hac addita comminatione vocandi, eum, ni compareat,
mortuum declaratum iri, ex ipsa rei indole fluit.

Denique, quod iam in *Ord. Proc. Sax. recogn. ad Tit. IV. §. 3.* et *ad Tit. XLI. §. 2.* facere iussi sunt iudices, vt partibus in loco iudicii non habitantibus *constitutionem procuratorum praesentium ad futuras citationes et mandata iudicis recipienda serio iniungant*, ne ex mandatarii defectu mora liti fiat, sumtus crescant, aliaue incommoda, quae cum alieni iudicis requisitione coniuncta esse solent, oriantur⁴⁾, id etiam in citatione edictali, quae absentium caussa proponitur, secundum Serenissimi Legislatoris nostri mentem his verbis: „und die Bedeutung wegen Bestellung eines Bevollmächtigten an Gerichtsstelle zu Annehmung derer künftigen Ausfertigungen beygefüget werden“ declaratam sedulo obseruandum est. Neque vero, hac clausula omissa, frustranea erit citatio. Nam iis, qui vocati, in termino non comparent, hic neglectus ad excusandam contumaciam minime prodest: venientibus vero in ipso adhuc termino procuratoris ad caussas eorum in futurum tractandas constitutio commode iniungi potest, et, si non obtemperauerint, insinuatio vel eorum aduocatis, procuratoribus, actoribus, quorum opera in primo termino vfi erant, vel horum domesticis in posterum facta valida ac legitima habebitur⁵⁾.

§. VIII.

4) Conf. Mich. Henr. GRIEBNERVS in *Discurs z. Erläuter. d. Chur-Sächf. Proc. Ordn.* ibique b.

KÜSTNERVS pag. 81. edit. a. 1780.

5) Ita nempe iubet *Ord. Proc. Sax. rec. ad Tit. IV. §. 3.*



§. VIII.

Locus et modus citationis edictalis proponendae.

De loco et modo, quo citatio edictalis in causis absentium proponi debet, lex patria¹⁾ ita sancit: „Wie denn auch die Edictales selbst, ausser dem Iudicio, wo sie ergehen, in dreyen Städten des engen und weiten Ausschusses hiesiger Lande, und hierüber in denen §. I. sub Nris 3. et 4. bemerkten Fällen annoch in zweyerley auswärtigen, besonders solchen Landen, wo zu vermuthen, dass der Erblasser Geschäfte getrieben, oder die unbekanntten Interessenten anzutreffen seyn möchten, öffentlich anzuschlagen, die anberaumten Termine durch inländische und resp. auswärtige Zeitungs-Blätter bekannt zu machen, und davon Nachricht zu denen Acten zu bringen.“ Scilicet quo magis res innotescat omnibus, quorum interest, siue popularibus nostris, siue peregrinis, et ipsi imprimis absenti, si hic forte adhuc in viuis sit, ac in oris remotioribus degat, necesse omnino videtur, vt haec citatio et pluribus in locis, etiam exteris, palam proponatur, et in publicis de rebus nouis relationibus, quae in vulgus sparguntur, et a multitudine leguntur, eiusdem mentio fiat. Quam fere rationem in citatione edictali diuulganda aliis quoque legumlatoribus passim placuisse animaduertimus²⁾. Cum autem haec

1) Cit. Mand. d. Edict. Citat. betr. §. III.

2) In terris *Salisburgenfibus* (conf. ZAVNERVS in *Auszug d. Salzburg. Landesgef.* P. I. p. 57.) ex arbitrio Consilii aulici citatio edictalis vel publico in loco affixa proponitur, vel nouellis tantum relationibus inferitur. Ius BORUSSO - BRANDENBURG. in *Corp. iur. Frideric.* d. 14. Apr. 1780.

P. II. Tit. XIII. §. 6. requirit: a) Affixionem litterarum edictalium cum in ipso iudicio, cui causae cognitio competit, tum vel in ultimo absentis domicilio domestico, vel in loco, vbi eius familia versatur, pro iudicis arbitrio, sed singulis in locis per totum nouem mensium spatium semel tantum peragendam. b) Vt haec edictalis citatio nouellis publicis et eius

haec res variis implicata sit difficultatibus, et iudices nostri hic saepius, etiam vbi nihil ambiguum est aut incertum, nescio quo fato? errare soleant, age, in singula momenta, quae huc faciunt, diligenter inquiramus.

Duplicem nempe litteras edictales euulgandi viam elegit Legislator, publicam affixionem, et nouellas relationes, *Zeitungsbätter*. Illam quod attinet, eam in sex diuersis iudiciis, sed vt sumtibus parcatur, in singulis semel tantum, (non repetita vice, quod alibi passim³⁾ inuectum esse legimus) fieri

H 2

opor-

eius prouinciae, in qua iudicium competens constitutum est, et alius prouinciae regis Borussiae imperio subiectae, et terrae cuiusdam peregrinae, nempe publicis de rebus nouis relationibus domesticis sexies, exteris vero tantum ter, intra legitimum nouem mensium terminum integra inferatur. Iure PALATINO (conf. MÜLLERVS in *System. Pand. P. I. §. 404.*) solae nouellae sufficere creduntur. Ius SAXO-VINARIENSE ex *Edicto* d. 20. Aug. 1777. ap. LOEBERVM in *Repert.* pag. 6. et *lege circulari* d. 15. Oct. 1783. in *Lud. Car. ab HELLFELD Realrepert. d. seit 1783. in d. Herzogth. Weimar erlass. Land. Gef.* (Ien. 1789. 8) pag. 1. in tribus diuersis territoriis (*in dreyer Herren Lande*) atque in tribus nouellis publicis litteras edictales proponi vult, nisi quantitas patrimonii absentis L. florenos Misnicos haud excedat, quo casu praeter publicam in nouellis conuocationem ad effectum praecclusionis nihil amplius requiritur. *Constitutio MECKLENBURGICA* a. 1774. §. 6. in *Samml. d. Mecklenb. Land. Gef. Supplem. ad T.*

II. pag. 57. publicam litterarum edictalium affixionem haud praescribit, sed eas tantum et schedis domesticis, quae sub nomine *der Intelligenzblätter* singulis hebdomadibus in ista prouincia prodire solent, et praeterea duabus nouellis exteris earum imprimis terrarum, vbi absentem nouissime commemoratum esse forte constat, inseri iubet. Iure quoque nouissimo BOHEMICO ex iussu IOSEPHI II. (in *EIVS Gef. u. Verfass. im Iustizfache im letzten Jahre* pag. 11.) haec citatio in solis nouellis publicis, ter scilicet in singulis vnus anni quadrimestribus, proponenda est. Lex episcopalis SPIRENSIS in *Samml. d. Speierisch. Gef. P. III. pag. 207.*) hanc conuocationem vel per citationes edictales, vel in nouellis publicis fieri iubet. *Constitutio SAXO-COBURGICA* (in *Diplom. Beytr. z. Gesetzgeb.* pag. 14.) vniam citationem edictalem tria spatia Saxonica continentem in publicis nouellis proponi iubet.

3) V. c. legibus *Fuldensibus*, *Tigurinis*, *Palatinis*, *Bobemicis*, supra h. Cap. §. I. n. I. citatis.



oportet: id quod plane singulare est, et causis tantum hereditariis ac fideicommissariis, quippe de quibus in allegato §. I. num. 3. et 4. huius edicti praecipitur, proprium, cum in reliquis speciebus, ad quas haec lex pertinet, et in ipso adeo vniuersali concursus creditorum iudicio⁴⁾ tribus aut quatuor locis publicis eandem proponi nostro iure sufficiat. Neque solius iudicis arbitrio relictum est, haec loca, vbi litteras edictales a cuiusuis iudice requisito in publicis tabulis suspendi curet, eligere: sed quo magis finis propositus obtineatur, necesse est, vt id et apud ipsum iudicium, a quo emittuntur, et in tribus domesticis vrbibus primi ac secundi ordinis, (*in dreyen Städten des engen und weiten Ausschusses*⁵⁾ *hiesiger Lande*) et in duabus exteris terris peragatur.

De affixione in loco iudicii, vbi de mortis declaratione et hereditate absentis quaeritur, omnia adeo clara sunt, vt res nulla egeat illustratione. At circa promulgationem in tribus vrbibus Saxoniae primi et secundi ordinis faciendam varia obveniunt dubia, quibus vt succuratur, haec tenenda sunt:

I. Iudicem, qui edictalem citationem proponit, qualitatem vrbium probe nosse oportere⁶⁾, ne (quod saepe, ex incuria, an
ex

4) *Resol. Grauum. d. a. 1661. Tit. v. Iustizsach §. 10. et Mand. wider d. Bonqueroutiers d. 20. Dec. 1766. §. 22. in Cont. Cod. Aug. T. I. pag. 937.*

5) Ne publicae Saxoniae nostrae formulae non satis gnari in hac appellatione forte haereant, sciendum est, vrbes nostras, quae iure sedis ac suffragii in comitiis prouincialibus vniuersalibus gaudent, secundum diuersa iura, quibus in deliberando et suffragando ibidem vtuntur, in tres clas-

ses dispesci, quarum prima *der enge Ausschuss*, altera *der weite Ausschuss*, tertia *die gemeinen* siue *allgemeinen Städte* nuncupantur. *Conf. Land- u. Ausschuss- Tags Ordnung d. a. 1728. §. 20. in Cont. Cod. Aug. T. I. pag. 28. Nachricht v. d. Churfürstl. Sächf. Land- u. Ausschusstagen* (cura b. Dan Godofr. SCHREBERI, secunda vice Hal. 1769.8) pag. 16. sq. 26. sq. 28.

6) Potest autem hanc conditionem facillime cognoscere ex indice publico vrbium in suas classes diuisarum

rum

ex incertitia? accidit) in vrbe forte, quae vel ad tertiam classem (*der gemeinen Städte*) pertinet, vel vniuersalium Saxoniae electoralis comitiorum plane non est particeps, illa affigatur. Quod si tamen ita contigerit, citatio ipso iure nulla erit. Nam lex hanc qualitatem ad formam requirit⁷⁾: nec sine probabili ratione, cum vrbibus vltimae classis iisue oppidulis, quibus in comitiis nullus locus concessus est, exiguum aut fere nullum cum peregrinis commercium esse soleat. Cumque nefas sit, iudicantes in iis, quae formam alicui negotio praescriptam concernunt, a littera legis recedere; ne in vrbibus quidem maioribus illarum prouinciarum imperio Serenissimi Electoris nostri parentum, vnde nulla oppida ad comitia Saxoniae electoralis vniuersalia vocantur, vt Episcopatum Martisburgensis ac Numburgensis⁸⁾, portionis Schleusingensis in principali Comitatu Hennebergico, Comitatus Mansfeldensis, Principatus Querfurtensis, et vtriusque Marchionatus Lusatae, facta litterarum edictalium affixio legitima et sufficiens censi potest.

H 3

II. Co-

rum, qui cit. *Land. u. Ausschuss- Tags-Ordn.* in *Cont. Cod. Aug.* T. I. pag. 43. sq. adiectus, postea non nisi duas mutationes, translatione vrbis Pirnae circuli Misnici, et oppidi Oelsnitz circuli terriae aduocatorum (*im Voigtländischen Creise*) ex tertio ordine in secundum nostra aetate facta, passus est. Iudex igitur, qui hunc indicem, his duobus oppidis secundae classi adiectis, strenue secutus fuerit, ab errore tutus erit.

7) Idem moto in praedio equestri creditorum concursu obseruari iubent leges in nota 4. allegatae.

8) Quidni vero aequitas et analogia iuris suadeat, citationes a iudicibus harum terrarum episcopalium (*Stiftslande*) emissas, et praeter duas vrbes primi ac secundi ordinis prouinciarum veterum hereditariarum (*der alten Erblande*) etiam in vrbe principali eius Episcopatus, ad quem iudex conuocans pertinet, Martisburgo scilicet aut Numburgo, affixas, dummodo, vt semper necesse est, praeterea in binis peregrinis regionibus propositae fuerint, ratas haberi? aliorum iudicio relinquimus. Ita sane Ordini Ictorum Lipsiensi haftenus visum est.



II. Copula *und* in verbis: „in dreyen Städten des engen und weiten Ausschusses“ satis indicat, non sufficere, in solis oppidis secundi ordinis (*des weiten Ausschusses*) citationem proponi, sed vt, si non in duabus, certe in vna vrbium primae classis (*des engen Ausschusses*) hoc fiat, opus esse. Neque tamen affixionem in tribus primae classis vrbibus, secundo ordine plane neglecto, factam irritam habendam esse, sed potius cum fine et ratione legis maxime conuenire existimauerim, cum in huius generis vrbibus, vt paullo maioribus, frequentior plerumque et melior innotescendi occasio occurrat, quam in minoribus.

III. Verba legis: „*ausser dem Judio, wo sie ergehen*“ non de necessitate citationem in tribus oppidis extra istam urbem, in qua iudicium emittens a magistratu urbano diuersum forte existit, affigendi intelligi debere, (quamuis haec explicatio a fine, propter quem citationem diuersis in locis fieri oportet, haud abhorrere videatur) sed satis esse, si v. c. Praefectus litteras edictales a se emissas et in consueto sui iudicii loco affixas, praeter duas alias vrbes idoneas, apud magistratum eiusdem oppidi primi vel secundi ordinis, in quo praefectura constituta est, publice proponi curauerit, Serenissimus Princeps die XXI. Septembris a. clolcccLxxvi. rescripsit⁹⁾.

IV. Cum *utriusque Lusatiae Marchionatus* longe alia formula sit, ac reliquarum terrarum ditionis Saxonicae electoralis, aliam quoque publicae conuocationis rationem in absentium ceterisque causis, de quibus lex nostra de edictali citatione in vtraque prouincia vna cum altera de cura absentium promulgata praecipit, Summus Legislatores seruari voluit. Itaque:

a) Edictales litteras iudiciorum *Lusatiae superioris*, locotrium vrbium primi et secundi ordinis terrarum hereditariarum, in

9) Quod vide in *Append.* num. IV.

in vna e sex primariis huius prouinciae oppidis ¹⁰⁾ (*Sechsstädte*) et duabus vrbibus circularibus (*Creisstädten*) vel veterum terrarum Saxoniae electoralis hereditariarum ¹¹⁾ (*der Churfächsischen alten Erblände*) vel Lusatae inferioris ¹²⁾ affigi iussit peculiari rescripto die XIV. mensis Februarii a. cl̄o l̄o c̄c̄ l̄x̄x̄. dato et more recepto per litteras supremae praefecturae Budissensis patentes die XVI. Iunii eiusdem anni publici iuris facto ¹³⁾, cuius verba haec sunt: „*dass die im Jpho IIIto vorstehenden höchsten Mandats anbefohlene Affixion der Edictal-Citationen in dreyen Städten des engen und weiten Ausschusses, in hiesigem Marggrafthum also verstanden werden sollen, dass die Edictal-Citationes ausser dem Gerichte, wo sie ergehen, in einer der Sechsstädte des Marggrafthums Oberlausitz und zweyen Creysstädten Ihrer Churfürstl. Durchl. alten Erblände, oder Dero Marggrafthums Niederlausitz öffentlich anzuschlagen.*“

b) Vt Lusatae inferioris iudicia huius generis citationes in vnam vrbem circularem suae prouinciae, ac vel duas vrbes circu-

10) Hexapoles sunt: *Budissin, Goerlitz, Zittau, Camenz, Lauban et Loebau.* Conf. Io. Bened. CARPZOVII *Ebrentempel d. Oberlaus.* (Lips. et Bud. 1719.) P. I. Cap. XIV.

11) In antiquis terris hereditariis Saxoniae electoralis vrbes circulares, quarum tot sunt, quot circulis (*Creissen*) illae terrae constant, nempe septem, habentur sequentes: *Leipzig, Wittenberg, Dresden, Zwickau, Langensalza, Plauen, et Neustadt an der Orla.* Vid. v. c. *Declarazion sämtlicher Stände des Churfürstenthums Sachsen die errichtete Steuer-Credit-Casse betr.* d. d. 10. Oct. 1763. §. 2. in *Cont. Cod. Aug.* T. II pag. 300. Ceterum de origine, vnione et ambitu ditiorum Saxoniarum, quae sub appella-

tione *derer alten Erblände* comprehendi solent, earumque in septem circulos diuisione conf. WABSTIVS in *Histor. Nachricht v. d. Churfürstenthums Sachsen Verfass. d. Justitz.* Sect. I. Cap. II. §. 2. sqq.

12) Lusatia inferior in quinque circulos (*Creisse*) descripta est. Hinc quinque habet vrbes primarias siue circulares: *Lübben, Guben, Luckau, Calau, et Spremberg.* Conf. *Tableau à la connoissance de l'Electorat de Saxe,* par CANZLER, T. I. pag. 609.

13) *Ober-Amts Patent d. d. 16. Iun. 1780, zu Publication des Mandates die Edict. Citat. in Civ. Sach. etc. betr.* in *Collect. den Statum d. Marggrafth. Ober-Lausitz betr.* Tom. III. (Budiss. 1786. 4.) pag. 72.



circulares terrarum antiquarum hereditariarum, vel duas hexapoles Lusatiae superioris publicae affixionis causa transmittant, idem Serenissimus Princeps noster die XVI. mensis Augusti a. MDCCCLXXXIV. his verbis: „*dass die Edictal-Citationes ausser dem Gericht, wo sie ergehen, in einer der Creis-Städte des Marggrasthums Niederlausitz, und zweyen Creis-Städten Unserer alten Erblande, oder zweyen Sechs-Städten Unsers Marggrasthums Ob r Lausitz öffentlich anzuschlagen etc. illustri Regiminis Collegio Lubbenensi rescripsit*“¹⁴⁾.

§. IX.

C o n t i n u a t i o.

De *exteris terris*, in quarum binis praeterea litteras edictales publice proponi Legislator iussit, haec nota:

I. Tales omnes intelligi siue vicinas, siue remotiores terras, quae imperium Serenissimi Electoris Saxoniae vel nunquam comiter veneratae sunt, vel ab eodem suo modo exemptae censentur. Hinc in terris Schwarzburgicis, folis praefecturis Kelbra, Heringen, et Ebeleben exceptis¹⁵⁾, aut in possessionibus Ruthenorum¹⁶⁾ affixionem citationis edictalis recte adhuc peragi constat. Sed caue, ne de locis, quae a Comitibus

14) Vid. *Append. num. V.*

15) In has enim Electori Saxoniae plenum territorii ius, quo a. 1699. se abdicauerat, transactione cum gente Schwarzburgica a. 1719. inita, in cuius §. 19. (apud HEYDENREICH-VM in *Historie d. Haus. Schwarzburg Erfurti*, 1743. 4. pag. 376.) haec leguntur: *So viel endlich die Aemter Heeringen, Kelbra und Ebelingen betrifft, ist deswegen bedungen worden,*

dass es damit durchgängig in den Stand, worinne es vor 1699. gewesen, wieder kommen soll; restitutum fuit. Conf. WABSTIVS l. c. Cap. II. §. 21.

16) De quarum habitu erga Saxoniam confer WABSTIVM l. c. §. II. num. IV. ill. CANZLERVM l. c. pag. 457. sqq. *Car. Henr. a ROEMER in Staatsrecht und Statistik d. Churfürst. Sachsen*, P. I. pag. 561.

bus Schoenburgis possidentur, idem forte praedicare audeas. Haec enim inter terras peregrinas referre, ob plenam potestatem Electoris Saxoniae, cui ea obnoxia esse, amplius iure dubitare non licet ¹⁷⁾, nefas omnino foret.

II. Vt mentem Legislatoris assequatur iudex, talia potissimum loca peregrina, etiamsi extra Germaniae fines sita nec in urbium celebriorum numero sint, in quibus edictalem citationem affigendam curet, eum eligere oportet, in quae absentem olim abiisse, aut ubi eundem post discessum suum aliquando commoratum esse, aut cognatos eius versari, vel liquet, vel probabilis existit coniectura. At saepe, proh dolor! spes iudicis atque expectatio hic fallitur, cum nihil sit frequentius, quam peregrinos magistratus, (praesertim extra Germaniam, ut, in Alsatia, Heluetia, Belgio, Polonia, Russia etc.) siue iurium nostrorum ac sollemnitatum plane expertes, siue formae apud ipsos receptae pertinaciter inhaerentes, vel in modo, vel in tempore citationis publice proponendae a norma nostris legibus praescripta adeo recedere, ut ob hunc formae sollemnis neglectum citatio nulla sit ac inutilis, et cum graui temporis atque expensarum dispendio tota, hoc est, sexies, nouo praefinito termino, redintegrari debeat. Prudentia igitur suadet, in litteris, quibus extraneus iudex de citatione in publico suae iurisdictionis loco affigenda requiritur, formam affixionis et refixionis, qualem nostrae leges postulant, accurate describere, et temporis legitimi seruandi disertam mentionem facere, additis precibus, ut iudex requisitus aut haec omnia
sedulo

17) Vid. CANZLERVS, vir illustris, in commentatione, quae: *Ueber die Grafen von Schoenburg*, inscripta in collectione *Für ält. Litterat. u. neu. Lectüre*, II. Jahrg. I. Quart. 2. H. pag. 56. sqq. et II. Quart. 1. H. pag. 101. sqq. reperitur, et in *Tableau pour servir à la connoissance de l'Electorat de Saxe* (T. I. Dresd. et Lips. 1786. 4.) pag. 421. sqq.



sedulo obseruet, ne nulla ac irrita euadat citatio, aut, si id per mores ibi receptos fieri non posse existimet, sumtibus temporique parcere velit, et citationem, omissa publica eius affixione, statim remittat. Qui haec rogatus magistratus peregrinus neutrum fecerit, non humanitatis, sed ipsius adeo iustitiae naturalis ac iuris gentium regulas violabit, nec poterit restitutionem expensarum poscere, vel antea iam acceptas iuste retinere.

III. Vt ipsum iudicis transmittentis exemplar a peregrino magistratu publice affigatur, nec opus est, nec fini citationis semper, imprimis in terris idiomatis Germanici expertibus, accommodatum: sed rata ac valida manebit citatio edictalis, quam vel in patriam linguam recte translata, vel, sicut passim fieri scimus, aut descriptam aut in epitomen redactam suoque edicto munitam ille publice suspendit, dummodo omnia insint momenta, quae nostro iure omnino necessaria putantur, vt, descriptio personae absentis, mortis praesumptio, terminus praefinitus, mentio eorum, quorum interest, comminatio poenarum contumaciae. At sola promulgatio in relationibus istarum terrarum nouellis forte facta (*das Einrücken in Zeitungsblätter*) non sufficiet. Nam lex nostra verbis 1): „öffentlich anzuschlagen, die anberaumten Termine durch inländische und resp. auswärtige Zeitungs-Blätter bekannt zu machen“ publicam affixionem primarium huius citationis diuulgandae modum, nouellas vero tantum accessorium esse voluit.

§. X.

C o n t i n u a t i o .

Scilicet vt praeter publicam litterarum edictalium affixionem in sex diuersis iudiciis intra et extra terras nostras faciendam,

1) *Cit. Mand. die Edictal-Citat. betr. §. III.*

ciendam, *notitia dierum constitutorum publicis de rebus nouis relationibus* inferatur, (*die anberaumten Termine durch innländische und resp. auswärtige Zeitungs-Blätter bekannt zu machen, und davon Nachricht zu denen Acten zu bringen*) admodum vtile visum ad propalandum, cum nostra aetate nemo fere sit etiam ex inferioribus hominum classibus, quin nouellas auide perlustret, aut, quid insit, ab aliis facile percipiat.

Dixi, *dierum constitutorum notitiam* inferendam esse. Anne integrae potius litterae edictales? Id vero lex non iubet. Attamen vt talis notitia iustam earum epitomen, vnde fatis de causa, de qua quaeritur, constet, contineat, ipsa rei ratio postulat.

Porro praeter relationes nouas, quae de nouis rebus in his terris, nempe Lipsiae, publice prodeunt, id etiam in nouellis, quae in exteris regionibus publicantur, semper fieri haud necesse, sed iudicis potius arbitrio relictum esse, (cuius erit aestimare, vtrum pro re nata et probabili de terris, vbi absens eiusue cognati forte degant, coniectura vtilitas aliqua inde sperari queat) voce *respectiue*, qua Legislatores in mentione peregrinarum nouellarum vsus est, significari videtur. Vt autem hoc rite factum esse cognoscatur, exemplaria nouellarum, quibus talis notitia inserta legitur, ipsis actis iudicialibus adiungi solent. Ita scilicet fit, quod Legislatores verbis: „*und davon Nachricht zu denen Acten zu bringen*“ fieri omnino voluit.

Ceterum non perinde est, vtrum haec notitia in pagellis, quae proprio nomine *der politischen Zeitungsblätter* s. *Zeitungen* publicantur, an in aliis similis, sed non eiusdem plane generis, quae sub appellatione *derer Intelligenzblätter, wöchentlicher Anzeigen, Wochenblätter, Adressblätter* etc. prodeunt, proponatur. Etenim his, quippe ad domesticas res eius loci, vbi divulgantur, plerumque restrictis, et prouinciam, in qua edun-



tur, terrasque vicinas raro egredientibus, lex nostra haud contenta est, sed illas expresse poscit, quae, quoniam res memorabiles vbiq̄ue terrarum recens gestas narrant, latius sparguntur, et in oris etiam remotioribus frequenter leguntur.

§. XI.

Spatium legitimum.

Cum nulla citatio efficax esse possit, nisi iis, qui vocantur, *legitimum spatium* ab eius insinuatione vsque ad ipsum diem constitutum concedatur¹⁾, facile est intellectu, etiam in hac publica conuocatione illud a iudice omnino obseruandum esse. Est autem lege nostra²⁾ triplex spatium Saxonicum, quod CXXXV. dies integros complectitur, ad exemplum conuocationis creditorum in concursu in praediis equestribus aut mercatoris bonis orto³⁾, ita praescriptum, vt litteras edictales in sex diuersis iudiciis (de quibus supra §. VIII. et IX. diximus) publice propositas ante terminum praefixum per hoc tempus continuum pependisse oporteat. Scilicet quoniam apud nos hae litterae in quolibet loco semel tantum proponuntur, nec, sicut

1) *Ord. Proc. Sax. Rec.* ad Tit. IV. §. 3. ibique GRIEBNERVS in *Discurs* pag. 73. edit. a. 1780.

2) *Cit. Mand. d. Edict. Citat. betr.* §. III verbis: „jederzeit mit Anberaumung eines drey völlige Sächfische Fristen in sich haltenden Termins etc.“ Quae quidem in re Edictum SAXO-VINARIENSE (ap. LOEBERVM in *Repert.* pag. 5.) et lex SCHWARZBURGICA (ap. HELLBACHIVM in *Grundriffe d. Schwarzb. Privatrechts* pag. 19. cum nostra plane conueniunt. *Constitutio ALTENBURG.* a. 1767. in II *Samml. d. Altenburg. Ges.*

pag. 284. *duplici spatio Saxonico* contenta est. Sed ius BORUSSO-BRANDENBURG. (in *Corp. Iur. Frideric.* d. 14. Apr. 1780. P. II. Tit. XIII. §. 6.) *nouem menses*, BOHEMICVM recentissimum ex lege IOSEPHI II. in *EIVS Ges. u. Verf. aff. im Justitzfache im letzt. Jahre* pag. 11. *unius anni spatium*, et MECLLENBURGICVM (in *Samml. d. Mecklenb. Land. Ges.* Suppl. ad T. II. pag. 57.) *integrum adeo biennium* requirit.

3) *Conf. b. Car. Ferd. HOMMELIVS* in *Rhaps. Obl.* CXXXII.

sicut alibi passim fieri solet, bis aut ter repetuntur; aequum profecto visum, hac vnica citatione eo maius spatium concedi. Quae quidem res, mirum est, quot saepe pariat difficultates ac iudicum errores, qui in tempore affixionis et refixionis vel rite seruando vel diligenter annotando haud raro labuntur. Itaque rem paucis regulis inclusam ita habe:

I. Vt litterae edictales vsque ad ipsum diem iuribus eorum, quorum interest, in iudicio exponendis constitutum publicae affixae manserint, non omnino necesse est, cum lex de hoc rigore fileat, sed sufficit, eas ante hunc diem per tria spatia Saxonica integra singulis in locis suspensas fuisse.

II. Caueat igitur iudex, ne sibi persuadeat, litteras affixas vsque ad terminum publicandae sententiae pendere debere. Id enim quemadmodum a mente legis alienum, quippe quae triplici spatio Saxonico contenta est, quod, si illas ante diem publicatae sententiae refigere nefas esset, citra vllam necessitatem prorogandum foret: ita propter difficultatem, quae inde oritur, vt, ipsis litterarum edictalium exemplaribus, quae publice proposita erant, nondum refixis nec inter acta iudicialia relatis, vnde iudicantibus de citatione rite facta potissimum constet, vel nulla vel incerta tantum sententia definitiua, ad quam audiendam omnes, quorum interest, simul vocati sunt, ferri possit, vix tolerandum videtur. Rogandi potius sunt exteri in primis magistratus (nam horum multos in hac erronea opinione esse animaduerti) a iudice requirente, vt elapso termino principali litteras edictales, ad huius preces publice propositas, statim refigi curent, et absque mora ad eundem remittant.

III. In computando triplici spatio Saxonico huic publicae citationi proprio eadem ratio tenenda est, quae in aestimando legitimo citationis priuatae tempore obtinet. Nam quemad-



modum ab hoc dies insinuationis ac dies termini praefiniti exclusi sunt ⁴⁾, ita illud totum intra diem affixionis, quae in publica conuocatione instar insinuationis habetur, ac diem termini principalis, neutro connumerato, medium esse oportet. Itaque si v. c. definitus terminus sit dies a peracta affixione centesimus tricesimus quintus, tota citatio erit frustranea. Vnde pronò alueo fluit, id, quod veniente termino adhuc deest legitimo spatio, ne publica quidem litterarum edictalium suspensione elapso termino continuata recte suppleri. Haec ne ab exteris magistratibus, eiusmodi subtilitatum passim minus curiosis, negligantur, tutius profecto est, hos litteris, quibus iudex citationem ab iis publice proponi petit, tempestiue transmissis ea de re, indicato etiam die, quo legitimi temporis rite seruandi gratia illam affigi necesse sit, verbis modestis interpellare.

IV. Litteris edictalibus a magistratu forte peregrino (exempla mihi sunt in promptu) ita affixis, ut idem exemplar per triplex spatium Saxonicum integrum intra suae quidem iurisdictionis fines, sed non in vno eodemque loco continuo penderet, quippe v. c. post lapsum primi spatii Saxonici, per quod in oppido A. palam conspiciebatur, refixum, et in vico B. denuo per aliud spatium Saxonicum propositum, hoc vero quoque exacto ibi iterum sublatum, et ultimo tandem spatio Saxonico in pago C. vulgi oculis expositum, etsi bona mente, quo magis nempe res in illius magistratus ditione innotescere videatur, tamen non legitime factum erit. Nam cum publica affixio eandem cum insinuatione vim habeat, et spatium cuiusvis citationis legitimum die post eius insinuationem currere incipiat, patet profecto, quamlibet nouam eiusdem exemplaris in

4) GRIEBNERVS in *Discurs z. Erläuter. d. Churfächf. Proc. Ordn.* pag. 73^r edit. a. 1780.

in diuersis locis affixionem nouam quasi citationem esse, et cum nulla per integra tria spacia Saxonica duraret, terminum iusto angustiozem reddere. Quare iudex, qui litteras edictales in exteras terras mittens intercesserit, ne tale quid fiat, rem superfluum fecisse non putandus est.

V. Si litterae edictales affixae hominum album corruptentium petulantia aut tempestatis iniuria alioque casu, currente adhuc spatio legitimo, perierint, nouo termino et totius citationis reiteratione plerumque opus est, nisi (quod quidem rarissime contingit) usque ad terminum praefixum tantum temporis adhuc superfit, ut nouo exemplari affixo, quod triplici spatio Saxonico deerat, suppleri queat. Nam noui exemplaris in locum corrupti aut deperditi substitutione non noua citatio proponitur, sed prior paululum interrupta tantum continuatur. Ita Ordinem Ictorum Lipsiensem iudicare memini.

VI. Tempore iusto praeterlapso exemplaria litterarum edictalium haecenus affixa a singulis magistratibus, quorum quilibet in suo territorio ea publice proposuerat, refigenda, et vna cum adiecta duplici de die cum affixionis, tum refixionis rite factae annotatione breui (*Registraturen*) ad iudicem, qui emiserat, quam primum remittenda sunt.

VII. Huius denique iudicis est sedulo curare, ut ex ipsis actis iudicialibus, haec omnia recte peracta et imprimis tempus legitimum obseruatum esse, satis constet: id quod praeter rei naturam ac finem expressa legis nostrae sanctio his verbis ⁶⁾: *und davon Nachricht zu denen Acten zu bringen* fieri iubet ⁷⁾.
Qua-

6) *Cit. Mandat. d. Edictal. Citat. betr. §. III.*

BRANDENBURG. in *Corp. Iur. Frederic. s. Process-Ordn.* d. 14. Apr.

7) Idem iniungit ius BORUSSO-

1780. P. II. Tit. XIII. §. 9.



Quapropter omnia litterarum edictalium exemplaria refixa (immo et nouellarum publicarum, quibus relatio de edictali citatione proposita cum eiusdem argumento inserta fuit) actis inferenda sunt, vt ex ipsa inspectione de iusta earum indole iudicari, et an per legitimum tempus vbiuis publice pependerit, ex annotationibus de diebus affixionis et refixionis a iudice vel actuario cuiusuis iudicii adiectis cognosci possit. Hinc si actis ferendae sententiae causa ad collegium ICtorum transmissis vnum alterumue eorum adhuc deesse intelligitur, iudicantes aut de supplendo hoc defectu interloqui oportet, aut non nisi addita conditione causam ipsam in hunc fere modum: „*Würde davon, dass das nach N. abgesendete Exemplar der fol. erlassenen Edictal-Citation daselbst wirklich eine völlige dreifache Sächsische Frist hindurch öffentlich ausgehangen, beglaubte Nachricht zu denen Ätten gebracht, immassen zuvörderst zu beschehen; So ist etc.*“ decidere. Quae postrema pronuntiandi ratio, quia aequior est, et tempori ac sumtibus parcendis conducit, Ordini ICtorum Lipsiensi magis placuit. At si, vno vel altero exemplari prorsus amisso, fide tamen iudicis testantis, apud quem affixum fuerat, satis certum sit, illud per trina spatia Saxonica integra ibi publice pependisse, antequam perderetur, standum erit huic testimonio, nec sollemnitati legitimae amplius aliquid deesse existimandum.

APPEN-

Appendix.

Num. I.

Matthias von Gottes Gnaden erwählter Röm. Kayser auch zu Ungarn und Böhmen König etc.

Ersame, Liebe Getreue; Uns ist gehorsamst fürbracht, was an Uns wegen eures Mitbürgers Michael Gehlers in Sachsen, seines ausländischen Schwagers, Wilhelm Tyblers patrimonium betreffende, ihr anderweit- unterthänigst gelangen lassen. So giebt auch der Einschluss zu vernehmen, was gleichfals Balthasar Schubart bey euch auch wegen seiner Mutter abwesenden Bruders Elias Wünsches unterthänigst bittet.

Wann denn des Tyblers halben ziemlich starke Vermuthungen, dass er eher todt als lebendig sey, der Wünsche aber bereit seither Ao. 52. ausser Landes und man von ihm inzwischen nichts erfahren können, als sind wir gnädigst zufrieden, dass ihr dem Gehler des Tyblers Gebührniss, ohne Verzinsung, jedoch auf dieses Orts gebräuchliche Caution, soviel das jetzige Capital betrifft, dem Schubert aber, wofern sich die Sachen berichteter Massen verhalten, und er sonst der nächste anverwandte Erbe ist, des Wünsches Zustand ohne einige Caution und Verzinsung einräumet. Und damit ihr auch künftig in dergleichen Fällen, deren sich bey euch viel begeben, eine endliche Gewisheit haben möget, wessen ihr euch hierinnen ein vor allemahl zu verhalten; so finden wir der Rechten und Billigkeit gemäiss zu seyn, und wollen, dass, wenn einer 30 Jahre, Jahr und Tag ausser Landes gewesen, und keine Nachricht vorhanden, ob er noch am Leben

K

oder



oder mit Tode abgegangen, Ihr desselben Zustand seinen nächsten Erben auf ihr Ansuchen, eigenthümlich ohne allen Fürstand und Verzinsung abfolgen lasset, jedoch mit der Condition und Versprechen, da sich über Zuversicht mit dem Abwesenden nach diesen was anders befinden, und zutragen möchte, das demselben dadurch nichts begeben, und ihm seine Forderung unbenommen seyn sollte. Welche Unsere gnädigste Resolution ihr euer Bürgerschaft zu ihrer Wissenschaft förderlich zu publiciren wissen werdet. Solchemnach wird auch der Gehler, wenn von des Wilhelm Tyblers Abreise an so viel Zeit verflossen, der geleisteten Cantion zu erlassen seyn; Und ihr vollbringet hiervon Unsern gnädigsten Willen und Meynung. Gegeben auf Unsern Königl. Schloß Prag, d. 29. des Monaths Martii im 1616. unserer Reiche des Römischen in 4tem, des Ungarischen im 8ten, und des Böhmisches im 5ten Jahre.

Matthias.

*Denen Ehrsamem Unsern Lieben
Getreuen N. Bürgerm. und
Rathmannen der Stadt Görlitz.*

Chr. v. Schöneich.
Ad mandatum Sac. Caes. Re-
giaeque Maj. proprium.

Chr. Rössler:
mppria.

Num. II.

Num. II.

Friedrich August etc. Churfürst etc.

Liebe getreue. Wir haben uns vortragen lassen, was ihr Inhalts eures sub dato den 29. Decembris a. p. erstatteten unterthänigsten Berichts, wegen Befolgung des am 13. Novembris dict. anni ins Land ergangenen Mandats die Verkürzung der Curae absentium betreffend, Unserer Entschliessung anheim gestellet, und was ihr zu Folge des am 7. Jan. a. c. erlassenen Rescripts unterm 28. ejusd. fernerweit gehorsamst angezeigt. Gleichwie es nun I) so viel die angeführten Zweifel betrifft, fernerhin bey der Vorschrift des Mandats bewendet, da a) nach Maasgabe desselben das 70. Jahr ausserhalb des am Schlusse des Mandats bemerkten Falles, bey denenjenigen, welche sich nach bereits zurückgelegtem 65. Jahre ihres Alters, und darüber entfernen, zum letztern Termine der Abwesenheit, nach dessen Ablauf ein jeder für todt geachtet werden soll, festgesetzt bleibet, und b) die in dem nur bemerkten Falle der Entfernung nach bereits zurückgelegten 65sten Jahre und darüber gestattete Frist, von der Zeit an, da der Abwesende sich entfernt, zu rechnen ist, hiernächst auch II) in Ansehung derer von euch, wegen des Abwesenden, Joh. Melchior Volands, ingleichen wegen derer abwesenden Joh. Sam. Puffendorfs, Joh. Christoph Hügels, Joh. Christoph Zwickers und Joh. Christian Schleinitzers erlassenen Edictalien, da Joh. Samuel Puffendorf und Cons. nach euerm Anführen sich mit Joh. Melchior Volanden in einer ganz ähnlichen Lage befinden, nach ausdrücklicher Disposition des Mandats, das Quinquennium von Publication des Mandats an, abgewartet werden sollen; So habt ihr euch hiernach allenthalben zu achten, insonderheit auch wegen Joh. Melchior Volands in denen zurückfolgenden Actis No. 12.

K 2

Vol.



Vol. V. und wegen Joh. Samuel Puffendorfs und Cons. sowohl als in andern ähnlichen Fällen, da gegen die Absicht mehr erwähnten Mandats die Edictal-Citation von euch erlassen worden, ferneres Verfahren auf sothane Edictales nicht zu verhängen. Uebrigens haben Wir Innhalts der abschriftlichen Beyfuge unter heutigen Dato an den Schöppenstuhl zu Leipzig, in Ansehung des auf Anlangen eurer zu denen Vormundschafts-Sachen Deputirten ertheilten Informats, wegen des abwesenden Joh. Melchior Volands rescribiret. Mochtens euch nebst Remission 2 Voluminum Actorum nicht bergen; und geschiehet daran Unsere Meynung. Datum Dresden d. 21. Septembris 1780.

Freyherr v. Fritsch.

An
den Rath zu Leipzig.

Carl Christian Löser, S.

Num. III.

Friedrich August etc. Churfürst etc.

Uns ist euer, zu Befolgung des unterm 21. Jul. a. c. in Ansehung des von euch auf Anlangen derer zu denen Vormundschafts-Sachen Deputirten des Rathes zu Leipzig ertheilten Informats, die Erlassung derer Edictalien wegen des abwesenden Joh. Melchior Volands betref-

betreffend, ergangenen Rescripts erstatteter unterthänigster Bericht d. d. 24. August und prf. 2. Septembr. a. c. gebührend vorgetragen worden; Wenn nun durch die Disposition des die Verkürzung der Curae absentium betreffenden, am 13. Nov. a. p. publicirten Mandats, dass in Zukunft ein Jeder, der sich von hier in die Fremde gewendet, oder noch wenden würde, und binnen den letzten 20. Jahren keine Nachricht von seinem Leben und Aufenthalte gegeben, nach Ablaufe dieser 20. Jahre für todt geachtet, auch solchenfalls auf Ansuchen derer nächsten Anverwandten, mit Erlassung derer Edictal-Citationen, nach der in dem wegen der Edictal-Citationen in Civil-Sachen unterm 13. Nov. a. p. ins Land ergangenen Mandat beschriebenen Maaße verfahren werden solle, die gesetzliche Vorschrift für das Verfahren des Richters im Allgemeinen festgesetzt, dargegen aber am Schluss des Eingangs erwähnten Mandats denjenigen, welche sich bey Publication desselben bereits über 15. Jahr abwesend befinden, mithin auch denen, welche bey Publication des Mandats sich bereits seit 20. 30. und mehrern Jahren abwesend befinden, und nicht immittelst das 70. Jahr ihres Lebens erfüllet haben, noch eine Frist von 5 Jahren, nach deren Ablauf sie ebenfalls pro mortuis geachtet werden sollen, ausdrücklich gestattet worden; So begehren Wir, ihr wollet euch in vorkommenden Fällen hiernach achten, inmaassen Wir auch Inhalts der abschriftlichen Beyfuge unter heutigen Dato an den Rath zu Leipzig, wegen des sowohl in Ansehung Joh. Melchior Volands, als auch in einigen ähnlichen Fällen verhängten Verfahrens und wegen derer über die Befolgung des Mandats geschehenen Anfragen rescribiret. Mochtens etc. Und etc. Datum Dresden, den 21. Septembris 1780.

An

den Schöppen - Stuhl zu Leipzig.

K 3

Num. IV.

Friedrich August etc. Churfürst etc.

Hochgelahrte, liebe getreue. Wir haben aus dem von dem Beamten zu Weissenfels in Sachen die Edictal-Vorladung des abwesenden Christian Gerbauchs aus Nödlitz betreffend, unterm 2. Aug. a. c. erstatteten Berichte ersehen, welchergestalt von euch in dem am 1sten Mart. d. J. gesprochenen Urthel nicht in meritis, sondern auf anderweite Erlassung der Edictalien aus dem Grunde erkannt worden, weil die Citationen ausser dem Judicio, wo sie ergangen, nicht an 5 andern Orten ausgegangen:

Nachdem aber sothane Edictal-Citationen ausser dem Judicio, wo solche ergangen, annoch in dreyen Städten des engern und weitern Ausschusses, sowohl hierüber an zwey auswärtigen Orten affigiret gewesen, mithin disfalls die im Spho IIItio des wegen der Edictal-Citationen in Civil-Sachen unterm 13. Noubr. 1779. ergangenen Mandats enthaltene Vorschrift gehörig beobachtet worden, immassen hierbey darauf, dass das die Edictales erlassende Amt Weissenfels in eben derselben Stadt, wo das eine Exemplar der Edictal-Citation ausgegangen, befindlich ist, um so weniger etwas ankommt, als in der angezogenen Stelle des Mandats vom 13ten Noubr. 1779. dass die zur Affixion der Edictalien zu erwählende Städte des engern und weitern Ausschusses, von dem Judicio, welches die Edictal-Citation erlässt, dem Orte nach unterschieden seyn müssten, keinesweges erfordert wird; Als begehren Wir hierdurch an euch, ihr wollet, wenn zu Folge Unsers an den Beamten zu Weissenfels unter heutigen dato ergehenden Rescripts, die Acta zum anderweiten Verspruch an euch übersendet werden, ohne auf den euch hierbey gemachten

Zwei-

Zweifel weitere Rücksicht zu nehmen, in Gemäßheit derer ergangenen Edictalien in meritis erkennen, euch auch in Zukunfft hiernach gehorsamst achten. Daran etc. Datum Dresden, am 21. Septbr. 1786.

G. W. von Hopfgarten.

An
die Juristen-Facultät zu Leipzig.

Carl August Segnitz.

Num. V.

Friedrich August etc. Churfürst etc.

Veste, Hochgelahrte, Rätthe, Liebe getreue. Was ihr wegen der in Unfern Mandate vom 13. Nov. 1779. angeordneten Anschlagung, der auferhalb des Concurfes in Civil-Sachen ergehenden Edictalcitation, Unserer Entschliessung gehorsamst anheim gestellet habt; Solches ist Uns aus euerm s. d. den 21. Jun. jetzigen Fahres gehorsamst erstatteten Berichte geziemend vorgetragen worden; Worauf hierdurch Unser gnädigstes Begehren, ihr wollet dasjenige, was im §. III. obgedachten Mandats, wegen der Affixion der Edictal-Citationen in dreyen Stüdten des engen und weiten Ausschusses, angeordnet worden, mit Beziehung auf dieses Rescript, dahin: Dafs die Edictal-Citationes aufer dem Gerichte, wo sie ergehen, in einer der Creis-Städte des Marggrafthums Niederlausitz, und zweyen Creis-Städten Unserer alten Erblande, oder zweyen Sechs-Städten
Unsers



Unsers Marggrafthums Oberlausitz öffentlich anzuschlagen, erläutern, und diesem gemäß das erforderliche mittelst Patents ungesäumt bekannt machen. Daran etc. - Geben zu Dresden am 16. August 1784.

Wurmb.

An
die Ober Amtes-Regierung
zu Lübben.

Christian Friedrich Aug. Reinhard.

Wurmb

Friedrich August

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

B...